Quantum igitur ad primum articulum nunc tractandum in quo queritur. Utrum lex christi sit in preceptis rectissima. Attendendum est de legis xpi et divine

voluntatis recta conformitate. Circa que articulum tres difficultates querende sunt. et tres conclusiones declarande. In prima videbitur qualiter voluntas divina in genere legis obligantis est prima lex seu regula. In secunda videbitur qualiter hec prima lex creature rationalis est obligatoria. In tertia videbitur qualiter huic prime legi summe conformis est lex xpi seu doctrina. Prima conclusio erit. Sicut divina voluntas in genere cause efficiens est prima efficiens causa. sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula. Secunda conclusio erit. Sicut divina voluntas est efficiens causa. qz vult aliqd esse vel fieri. sic ipsa est lex obligatoria. quia vult aliquid ad aliquam esse vel non esse teneri. Tertia conclusio erit. si cur divina voluntas est lex perfectissima rationalis creature. sic lex xpi vel doctrina est signum perfectissimi voluntatis divine. Ad declarationem autem cuiuslibet predictarum conclusionum sic procedas. Primo premitiam aliquas propositas pambulas. Secundo infera aliquas propositas correlativas. Tertio propona aliquas propositas collativas. Prima igitur conclusio est. sicut divina voluntas in genere cause efficiens est prima efficiens causa. sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula. prima pars autem huius conclusionis communiter conceditur ab omnibus philosophis. ideo supponit tanquam clara sed ad declarationem secunde partis premitto aliquas pambulas propositas. Prima propositio est. qz inter leges obligantes una est lex simpliciter prima. probatur. quia sicut non est processus in infinitum in causis efficiendis. ut probat philosophus. 2. metaphysice. capit. 3. Sic non est processus in infinitum in legibus obligantibus. Igitur sicut est de venire ad unam primam causam efficientem sic est de venire ad unam primam legem obligantem. quia consimilis est ratio in uno et in alio. quare. Secunda propositio est. qz nulla lex creata est simpliciter prima. probatur. quia sicut nulla res creata habet ex se potestatem creatandi sic nulla lex creata habet ex se pote-

statem obligandi qz ut ait. aposto. Romanos. 13. Non est potestas nisi a deo. Igitur sicut nulla res creata est prima causa efficiens. sic nulla lex creata est prima lex obligans. quia sicut prima causa est deus in causando. sic prima lex in obligando. Quare. Tertia propositio est qz divina voluntas est lex simpliciter prima. probatur evidenter ex duabus predictis. qz sicut attribuitur voluntati divine esse primam causam efficientem. sic attribuentum est eidem esse primam legem obligantem. quia sicut primum est perfectionis. sic et secundum. quare. Item probatur per augustinum. 22. contra faustum. ubi dicit qz lex eterna est divina mens veri voluntas ordinem naturalium servari iubens. turbari vetas. sed lex eterna est lex simpliciter prima. similiter nihil est prius voluntati divine. quare. Et sic patet secunda pars conclusionis. Quarta propositio est. qz impossibile est rem aliquam obligari ab aliqua lege: et non sic obligari a divina voluntate probatur. quia si cur impossibile est secundam causam agentem. prima causa non agente. sic impossibile est legem aliquam obligare. prima lege non obligante. Itaque sicut prima causa plus influat in effectum qz secunda. ut dicit actor de causis. sic prima lex plus obligat qz quis alia. quare. Quinta propositio est qz possibile est rem aliquam obligari a divina voluntate et non ab alia lege. Probatur. Quia sicut prima causa aliquid agit cu causa secunda non potest agere se sola sic prima lex vel regula quicquid obligat cum lege alia potest obligare se sola. qz utrobique consimilis est ratio. quare. Sexta propositio est qz impossibile est qz aliqua res creata sit lex vel regula nisi sit divine voluntati consona. Probatur. Quia si cur impossibile est qz aliqua res creata sit causa nisi a prima causa. sic impossibile est qz aliqua res creata sit lex vel regula nisi a lege prima. Igitur sicut impossibile est qz aliqua causa sit prima cause contraria. sic impossibile est qz aliqua lex vel regula sit prima legi consona. quare.

Principium

re. Sic igitur probare sunt predictae sex propositiones preambule. ex quibus patet declaratio totius conclusionis prime. Et ad ea predicta conclusionem et ea de e ratione infero aliquas propositiones correlarias. Primum correlarium est quod nulla doctrina falsa est lex obligatoria patet ex sexta propositione quod nulla falsitas est diuine voluntati consona cum voluntas diuina sit veritas summa igitur. Et ex quo sequitur quod nec doctrina machometica. nec doctrina Mosayca litteraliter intellecta est lex dicenda. De doctrina enim machometica certum est fidelibus quod sit falsa de doctrina mosayca quod sit falsa litteraliter intellecta. satis patet. quod apostolus dicit. Littera occidit. 2. Corinth. 3. Secundum correlarium est. quod nulla conscientia erronea est lex obligatoria. patet sicut precedens. Ex quo sequitur quod licet quilibet obligetur ad non agendum contra suam conscientiam. tamen nullus obligatur ad agendum secundum suam conscientiam erroneam. Primum patet. quia quicumque agit contra suam conscientiam peccat sicut patet per glossam magistri ad Roman. 1. 4. super illo verbo. Omne quod non est ex fide peccatum est. Secundum patet. quia conscientia erronea nullum obligat sicut dicitur est. Tertium correlarium est quod quicquid est iustum lege humana. est iustum lege diuina. patet ex quarta propositione. Et ex quo sequitur quod nullum principis editum. prelati preceptum. politice statutum aut ecclesie decretum est iustum vel iuste obligatorium. nisi sit diuine legi consonum patet ex predictis et similiter per Augustinum de vera religione. cap. 22. 2. libro. 1. de libero arbitrio. ubi dicit quod in temporalis lege nihil est iustum quod non ex eterna lege homines sibi reuauerit. Ideo sicut ostendit. Johannes salesberiensis in suo politico libro quarto cap. 6. Omnia legum inanis est censura. si non diuine legis imaginem gerat. Quartum correlarium est quod quicquid est iustum iure politico. est iustum iure fori. et si nulliter e contra. patet ex predictis. Et similiter quia quicquid est iustum aliquo iure. est iustum iure diuino. Et quicquid

diuino iure est iustum. nullo iure est iustum. ut clarum est. Gregorius. Et ex quo sequitur quod quicquid est iustum in foro exteriori. est iustum in foro interiori. Et similiter e contra patet ex predictis. et similiter per articulum primum condemnatum contra quosdam philosophos. qui dicebant creationem esse impossibile secundum philosophiam. et esse possibile secundum fides. Sic enim in proposito rationale esset dicere unum dictorum esse iustum aliquo modo. et alterum alio modo. Quare. Quintum correlarium est quod omne peccatum est commissio vel ommissio contra legis prohibitionem vel preceptum. Unde hec est propria descriptio peccati quod patet ex predictis. Et similiter per Augustinum 22. contra Faustum. ubi dicit quod peccatum est dicitur vel factum vel percipit contra leges eternas. Igitur. Sextum correlarium est. quod nullum est ex se peccatum: sed precise quia lege prohibetur. Unde hoc est contra hugolinum. quod ultima tertia libri. quod tamen patet ex dictis. Et similiter quia nullum est peccatum nisi si quod pernicator. Unde psalmista ait. Preuaricantes reputati omnes peccatores terre. Preuaricatio autem est legis transgressio. Quia secundum apostolum Romanos. 1. Ubi non est lex nec preuaricatio igitur. Sic igitur circa primam conclusionem probate sunt sex propositiones preambule et inde illate sex propositiones correlarie. Et hec de prima conclusione. Secunda conclusio est. Sicut diuina voluntas est efficiens causa. quod vult aliquid esse vel fieri. sic ipsa est lex obligatoria. quod vult aliquid ad aliqualem esse vel non esse teneri. Prima pars huius conclusionis corroboratur ponitur ab omnibus theologis. Ideo supponitur tanquam clara. Sed ad declarationem secunde partis premitto aliquas propositiones preambulas. Prima propositio est quod diuina voluntas aliquid vult esse vel fieri ad quod non sequitur aliquid obligari. Probat. Quia vult celum moueri. soles currere. se esse deum se esse trinum suppositum. et sic de alijs multis ad que non sequitur aliquid obligari. sicut patet intuitu. Igitur. Et

in primum sententiarum

Et tale velle dei siue diuinum beneplacitum potest vocari velle non obligans. Secunda propositio est quod diuina voluntas aliquid vult esse vel fieri ad quod sequitur aliquid obligari. Probat. quia vult quilibet viatores teneri ad habendum charitatem. teneri ad non merendum. teneri ad non odium dei aut proximi. Et sic de alijs multis: ad que sequitur aliquid obligari. sicut patet: et aliter nullus peccat. Igitur. Et tale velle dei seu diuinum beneplacitum potest vocari velle obligatorium. Tertia propositio est. quod diuina voluntas si aliquid vult ad aliqualem esse vel non esse teneri ad hoc conuertibiliter sequitur illud obligari. Probat. Quia sequitur. Deus vult viatores teneri ad esse in charitate: et ad non esse in cupiditate: ergo viator ad hoc obligatur et similiter e contra sequitur: sic est in alijs omnibus. Unde ad istum sensum posita est secunda pars predictae conclusionis. scilicet quod diuina voluntas est lex obligatoria alicui rei quod vult ipsam ad aliqualem esse vel non esse teneri. hec enim propositio est una causa salua. non quidem veniens antecedens ad primam causalitatem primam: sed conuertibiliter tenet per primam mutua: et quicquid sit in primo sensu. tamen in secundo sensu ipsa est una. Et sic patet secunda pars conclusionis. Quarta propositio est quod diuinum velle omnem creaturam rationalem: solum tamen potest obligare. Probat. quod deus potest velle omnem creaturam rationalem: et nullam aliam teneri ad aliqualem esse vel non esse. Igitur. tenet prima per iam dicta et antecedens quo ad utramque partem declaratur. Unde ad declarationem ipsius et similiter omnium precedentium et sequentium videndum est quid importatur per ista verba obligari et teneri. Dico igitur quod obligari est teneri ad aliqualem esse vel non esse ad aliquam dispositionem habendam vel aliquam dispositionem carentiam. Sed teneri est haberi a suo superiori per prohibitionem vel preceptum de aliquo existente in inferioris libera potestate. Iste autem descriptio est terminorum declarationem. Ideo non possunt probari: sed apparent rationabiles cuiuslibet recte in

uenti. Et inde patet dare propositum. Ex istis sequitur aliqua. Primum sequitur quod possibile est rationale creaturam deo beatissime puniri: vel etiam propter stitice unitas ad aliquid obligari. Secundo sequitur quod possibile est deum licet non secundum naturam diuinam: tamen secundum humanam ad aliquid obligari: quodlibet istorum patet ex dictis: tamen pro ultimo facit spezialiter illud quod Augustinus dicit de seipso Luc. 12. Baptismo habeo baptizari: et quo modo coartor vsque dum phiciat. Tercio sequitur quod impossibile est naturam irrationalem esse peccabiliter culpabilem. Quarto sequitur quod impossibile est naturam rationalem esse naturaliter impeccabilem: quodlibet istorum patet ex predictis: quod ubi non est arbitrium libertas. ubi esse non potest peccati difformitas: et ubi est arbitrium libertas. ubi esse non potest naturalis impeccabilitas. Quinta propositio est. quod diuinum velle ad nullum impossibile potest obligare: probatur ex predictis: quod nullum impossibile est in rationalis creature libera potestate. Igitur. Tamen ad declarationem istius distinguendum est: quod creaturas rationalem obligari ad impossibile dupliciter potest intelligi. Uno modo proprie scilicet quod obligetur ad faciendum impossibile. Alio modo improprie. scilicet quod obligetur ad volendum impossibile. Primum autem modus multum differt a secundo modo: quod primum non est in alicuius potestate. secundus vero secundum multos est in libera potestate voluntatis creature: quod secundum Aristotem. Ethico. Voluntas non solum est possibilis: sed etiam bene impossibilis. Ex istis sequuntur aliqua. Primum sequitur quod nobis est evidens quod nihil potest primo modo ad impossibile obligari. Patet quod ad hoc euidenter sequitur traditio: et clare potest ostendi ex dictis. Secundo sequitur quod nobis non est evidens quod nihil possit secundo modo ad impossibile obligari. patet: quia ad hoc non sequitur euidenter contradictio: sicut iam patuit. imo aliqui de facto concedunt: quod peccator illo modo obligatur ad volendum peccatum suum non fuisse. Hoc

Principium

autē fm articūlū parisiē. est impossibi-
le: q̄ impossibile est preteritum non fu-
isse vt dicit articulus. Igit̄ r̄. Tertio
sequitur q̄ probabile est. q̄ nullus de fa-
cto illo secundo mō obligat ad impossi-
bile. patet q̄ talis obligatio videretur
irrationabilis: sicut alias magis osten-
dam. Item beatus Hiero. dicit. Ma-
ledictus qui dicit hominē ad impossi-
bile obligari. sed cū de primo nō sit dubi-
um videtur q̄ de secundo modo sit in-
telligendū. Quarto sequitur q̄ probabi-
le est q̄ nullus de facto sic obligatur de
peccato suo penitere q̄ teneatur velle
peccatū suum nō fuisse: patet ex dictis.
supposito q̄ impossibile sit preteritum
non fuisse: quod est probabile. quibus nō
sit euident. Sufficit ergo ad veram pe-
nitentiā volere de peccato commissio: sed
ad hoc nō requirit velle ipm non fuisse
sed nō velle ipm fuisse: r̄ ipsum detesta-
ri: sed q̄ hoc alias magis ostendā: bre-
uiter pertransco. ¶ Sexta ppositio
est. q̄ diuinū velle nō ad quodlibet pos-
sibile potest obligare. probatur ex pre-
dictis. q̄ aliquod est possibile ad quod
deus non potest velle rationalem crea-
turā teneri. igit̄ r̄. Sed ad declarationē
huius notandū est q̄ duplex est possibi-
le. quoddam est. quod nō existit in crea-
ture rationalis libera potestate: sicut ce-
lū moueri vel solē oriri. Aliud est possi-
bile q̄ existit in creature rationalis li-
bera potestate: sicut diligere deum vel
odire. primū: r̄ sic de multis. Item du-
pliciter potest intelligi aliqd possibile
existere in creature rationalis libera po-
testate. Ano modo stricte: q̄ tale pot-
est fieri ab ea sicut velle vel nolle. diligere
vel odire. Alio modo large: q̄ tale potest
fieri vel ab ea vel in ea. sicut habere gra-
tiam: vel fidē infusā. hoc em̄ nō existit
in rationalis creature libera potestate
primo modo: q̄ gratia vel fides infusa
nō potest fieri ab ea primo mō. h̄ secū-
do modo. Qualiter autē distinctio hec
debeat intelligi alias declarabo. Ideo
breuiter transco. Ex istis sequuntur
aliqua. Primo sequitur q̄ deus non
potest velle rationalem creaturā teneri

ad aliquod possibile q̄ non est in eius
libera potestate. Patet ex dictis: spe-
cialiter ex descriptōe huius termini te-
neri. vbi nō capit esse in libera potestate
primo mō. sed secūdo modo: q̄ de facto
deus vult rationalem creaturā teneri ad
aliqd possibile: q̄ nō est in eius libera
potestate primo mō. Nam quelibet ratio-
nalis creatura tenet habere grām: et q̄
libet viator etiā paruulus habere fidē
infusā: q̄ tamē nō est in eius libera po-
testate primo modo: sed bene secūdo mō
vt iam dictū est: r̄ alibi declarādū. Se-
cūdo sequitur q̄ deus nō potest ratio-
nalem creaturā velle teneri ad quodlibet
possibile: q̄ est in eius libera potesta-
te. patet: q̄ non potest velle ipsas tene-
ri ad nō obediendū sibi: vel etiā ad odiū
sui: quoz tamē quodlibet est possibile:
et in eius libera potestate. Ergo r̄. An-
tecedēs quo ad vtrāq̄ partē p̄z sed tñ
quo ad primā q̄ deus nō potest rationalem
ad scām. Euidenter em̄ est impossibile
le deū velle rationalem creaturā teneri
ad nō obediendū sibi: sed nō sic est eui-
denter impossibile deū velle ipam te-
neri ad odiū sui. q̄ ad primū euidentē
sequitur p̄dictio r̄ non ad secundum.
Nam ad primū sequitur. deus vult ra-
tionalem creaturam teneri sibi nō obedi-
re. ergo ipsa tenetur ad aliqd: et per
h̄ obligatur: r̄ sibi sequitur. ergo ipsa
tenetur sibi obedire: r̄ p̄ consequēs nō
obligatur. Sed ad scām non sic euidentē
sequitur cōtradictio. Nam licet sit ar-
ticulus parisiē. q̄ aliqs possit mereri
odiendo deū: error. tamen ex opposito
non sequit̄ euidentē p̄dictio. Unde
multi illū articulū restringunt ad potē-
tiam dei ordinatā: r̄ multi doctores al-
terius studij tenent q̄ deus pot̄ p̄cipere
odium sui. Et sic p̄babiliter sustinet
partē oppositā. quare r̄. Tertio se-
quitur q̄ non est euidentē impossibile deū
velle rationalem creaturam esse: r̄ ipsam
non teneri ad aliqd possibile. Patet.
Quia sicut de facto fiat creaturam ir-
rationalem esse et ipsam non obligari.
sic videtur possibile. creaturam ratio-
nalem esse ad ipsam r̄ ad nihil teneri.

in primū sententiarum.

Quarto sequitur q̄ nō est euidenter
impossibile rationalem creaturam deū
odire r̄ tamen peccare. patet ex predi-
ctis. Et sic patet sexta ppositio. Sic
igitur probat sunt predicta lex propo-
sitiones p̄ambule: ex quibus patet de-
claratio totius conclusionis secunde.
¶ Sed ex predicta p̄dictione r̄ cō-
deklaratione infero aliquas p̄positiones
de correlariis. Primum correlariū
est q̄ voluntas diuina non est naturali-
ter lex siue regula. Patet. Quia sicut
voluntas diuina libere r̄ p̄tingenter est
causa efficiens. sic ipsa libera r̄ contin-
genter est lex obligans. Quare r̄. An-
te patet q̄ sicut voluntas diuina potest
non esse causa efficiens: sic ipsa potest
non esse lex siue regula. Secundum
correlariū est q̄ voluntas diuina non
aut eternaliter lex siue regula. patet q̄
sicut sibi conuenit ex tempore r̄ per re-
sationem ad creaturam esse causam ef-
ficiens sic esse legem obligantē: qua-
re r̄. Unde patet q̄ Augustinus. 22.
contra Faustum. r̄ libro p̄mo de libero
arbitrio. dicens voluntatē diuinam eē
legem eternā. non capit eternū p̄p̄e si
aut dicitur eternum vere sine principio
sine fine: sed capit eternus improprie
sicut Matth. 2. signis inferni dicitur
eternus: mō quia fuerit sine principio:
ad quia erit sine fine. sic igitur dicitur
voluntatem diuinam esse legem eternam
non q̄ eternaliter fuerit lex. nam ipsa
temporaliter incipit eē lex: sed quia eter-
naliter erit lex. nec mirū si hoc mō vo-
luntas diuina dicatur lex eterna. Nam
et etiā noua Christi doctrina dicit̄ eū
gelij eternū. Apocalip. 14. Vidi ange-
lum alterum volentem per mediū celi
habentē euangelium eternū: vt euangeli-
zaret sedentib⁹ super terras r̄ sup oēm
gentem r̄ tribum r̄ linguā r̄ populū: vi-
dens magna voce. Timete dominū r̄.
Tertium correlariū est q̄ deus vult
voluntate beneplaciti voluntates crea-
turam ad aliqd teneri. r̄ tali voluntate
nō vult illud ab ea fieri. patet de illa vo-
luntate creata que peccat obmittendo
aliquē actus debitum fieri. Nam deus

vult voluntate beneplaciti ipsam ad il-
lum actum teneri: aliter non peccaret
omittendo: tñ de⁹ non vult voluntate
beneplaciti illū actus ab ea fieri: q̄ ad ta-
le velle sequeretur illū fieri r̄. Quartū
correlariū est q̄ deus vult voluntate
beneplaciti alicui⁹ bone p̄sequente an-
tecedens: r̄ tñ tali voluntate nō vult cō-
sequens. patet: q̄ ista consequētia est
bona. voluntas creata tenet ad aliqd
r̄ nō facit illud: ergo ipsa peccat. r̄ deus
voluntate beneplaciti vult antecedēs
vt dictū est r̄ tñ nō vult consequēs fm
illam opinionem que ponit q̄ deus non
vult peccatū nec est cā peccati. Igit̄ r̄.
Utrū autē deus velit illaz consequentiā
esse bonā. nihil dico: q̄ de hoc alibi tra-
ctabo. Quintū correlariū est q̄ volū-
tas creata sic tenetur se voluntati diui-
ne conformare. vt velit qcquid deus vult
ipam teneri velle: vt nō velit qcquid
deus vult ipsas teneri non velle. Patet
quia omnis voluntas que sic se conformat
voluntati diuine est recta r̄ iusta r̄
nulla alia. sicut apparet ex supradictis
r̄ patet cuiuslibet intuenti. Igit̄ r̄. sed de
hoc alibi tractabo. Sextum correla-
riū est q̄ voluntas creata non sic tenet
se voluntati diuine conformare vt velit
qcquid deus vult eam velle: vel vt ve-
lit qcquid scit aut videt deū velle. An-
de hoc est p̄tra Deoaz Gregorij r̄ Hu-
golij. q. vlti. p̄mi libri. Quodlibet tñ
istoz patet ex predictis: q̄ deum velle
voluntatem aliquid velle. vel etiā deū
velle aliquid q̄ ipsa voluntas scit ipm
velle non est lex obligans voluntatem
causata: sicut apparet intuenti. Igitur.
Item p̄mū specialiter patet: q̄ fiat vo-
luntate creata: q̄ peccare volendo aliqd
q̄ de⁹ vult eam velle: r̄ per consequēs
stat voluntate creata teneri nō velle a-
liquid q̄ deus vult ipam velle. Igitur
Assumptū pot̄ ostendi ex dictis in ter-
tio correlario: sed alibi declarabo. Item
scdm specialiter patet: q̄ aliter seque-
ret q̄ voluntas creata teneret velle ali-
qd antecedēs ad q̄ formaliter seque-
ret ipam q̄ de⁹ peccare mortaliter: r̄ vā-
nari: vt esse miseram eternaliter conse-

Principium

quos videt absurdū: s; p̄ntia p̄t̄i cāu
quo de reuelaret alicui q̄ ipse ē p̄f̄at̄
ad eternā penā v̄l q̄ ipse non est b̄t̄ur
finalē gr̄az. Ad hoc em̄ leḡt̄ ip̄m finalr
peccare r̄ miserū esse. Iḡtur r̄. Sic iḡ
tur circa secundā conclusionē probate
sunt sex propositiones p̄ambule. r̄ in
de illate sex propositiones correlarie. Et
hec de secunda conclusionē. R̄ Ter
tia cōclusio est. Sicut diuina voluntas
est lex perfectissima rationalis creatu
re: sic lex Christi vel doctrina est signū
perfectissimū voluntatis diuine. Prima
pars autē huius cōclusionis euidenter
sequitur ex p̄miss̄: s; ideo p̄supponitur
tanq̄ clara. Sed ad declarationē sc̄e
partis p̄mittit aliquas p̄positiones p̄
ambulas. Prima p̄positio est. q̄ diu
ne voluntatis aliqua sunt signa q̄ non
sunt creature r̄onales obligatoria. Ad
cui⁹ probationes aliqua sunt notanda.

Primo notandū est q̄ sicut voluntas
diuina ḡquid potest p̄ducere median
te causa secunda: potest p̄ducere se so
la. sic ipsa de potentia absoluta posset
rationale creaturaz obligare se sola: vt
patet ex dictis supra in p̄ma conclusio
ne r̄. Sed t̄n ipsa de potētia ordinata
nō posset rationale creaturā obligare
nisi mediante aliqua lege creata. hoc ē
per aliqua signa ex quib⁹ sibi potest in
notescere ipsa dei voluntas obligatoria
vt patz per illud verbū x̄pi. Joh. 15. Et
locutus eis non fuisse peccatū non ha
berent r̄. Et per illud apostoli. Ro. 10.
Quō credent ei quez non audierūt r̄.

Secundo notandū est q̄ p̄m magist̄rū
libro p̄mo. dist̄n. 45. Quinq; sunt diu
ne voluntatis signa. s; p̄ceptū: p̄hibi
tio: cōsiliū: p̄missio: r̄ op̄atio. Quo
rum sic potest haberi distinctio. Nā qn
q; modis possim⁹ imaginari deū aliqd
velle. Primo modo de⁹ vult aliqd de
bere fieri a creatura r̄ talis voluntatis
signū est p̄ceptū. Secundo mō vult
aliqd debere nō fieri r̄ hui⁹ signū est p̄
hibitio. Tertio mō vult aliqd nec de
bere fieri nec debere non fieri sed expe
dire fieri: huius signum est cōsiliū
Quarto modo vult aliqd nec debe

re fieri nec debere nō fieri: sed licere fie
ri: hui⁹ signū est p̄missio. Quinto
modo vult simpliciter aliqd esse vel
fieri: hui⁹ signū est op̄atio. vnde queit
bet ad extra dei operatio est signū vo
luntatis diuine: sicut effectus sue cause.

Sic igitur voluntas diuina sc̄cipit bo
na: sicut deū honorare: p̄mū amare:
p̄hibet mala: sicut deū odire: p̄mū
ledere: cōsiliū maiora bona: sicut sunt
paupertas: virginitas: p̄mittit minora
bona: sicut sunt rerū dominiū: cōiugitū
sed operatur generaliter omnia r̄.

Unde ex his apparet primo q̄ volū
tas diuina solum duob⁹ p̄mis modis r̄
non trib⁹ alijs: est lex obligatoria. Se
cundo q̄ p̄ceptū r̄ p̄hibitio sunt signa
obligatoria sed non p̄missio: p̄missio
aut operatio: q̄ duo p̄ma sunt signa
legis obligans r̄ nō alia tria. igitur r̄.

Tertio patet q̄ capiēdo p̄missionē
vt est signū voluntatis dei non est con
cedēdū: quia deus permittit mala cas
pe fieri: hoc est cōtra magist̄rū inf̄arū
vt magis alibi declarabo. Tertio no
tandū est q̄ p̄dicti termini. s; p̄ceptū:
p̄hibitio: cōsiliū: p̄missio: r̄ op̄atio:
nō solum supponit pro diuine vo
luntatis extrinseco signo: sed etiā pro
ipsius actu intrinseco. Unde iste termi
nus p̄ceptū non min⁹ p̄prie supponit
pro actu intrinseco diuine voluntatis
quo p̄cepit aliqd fieri seu vult aliqd
debere fieri q̄ pro signo extrinseco talis
actus: ita de alijs r̄. I Secunda
p̄positio est q̄ diuine voluntatis signa
obligatoria sunt in mltiplici differētia
ad cui⁹ p̄bationem alique hui⁹ signo
rum differētie sunt ponende. Prima
differētia est q̄ signoz diuine volunta
tis que dā sunt naturalia seu naturalit̄
habita. alia sunt supernaturalia r̄ sup
naturaliter data. Signoz vero natura
liū que dā sunt a natura immediate: si
cut p̄ma p̄ncipia moralia solū per sin
deres r̄ lumē naturae r̄onis habita
alia sunt a natura mediate: sicut cōclu
siones morales mediantibus dictis pu
ap̄s sola naturali ratiocinatōe dicta
te. Sub primo membro continentur il

in primum sententiarum

la principia moralia quibus vnusquis
q; compos mentis naturā ut assentit
absq; eruditione doctoroz vt q̄ cuius
reddendum est quod suū est q̄ nulli in
iuriandum est: sed sub secundo mēbro
continentur doctrine morales gentiliū
philosophoz r̄ regule vel constitutiōes
legales principum r̄ maior: r̄ de hui⁹
signis dicit apostolus. Roma. 2. q̄ gen
tes que legem non habent naturaliter
que legis suū faciunt. Signoz autē
supernaturaliū quedam sunt a deo im
mediate: s; alia solo deo data sicut do
ctrina Christi quo ad illa que ipse do
cuit in propria persona. De quib⁹ dicit
apostolus. ad Hebr. 1. Quō olim de⁹ lo
quens patrib⁹ in prophetis: nouissime
locutus est vobis in filio r̄. Alia sunt
a deo mediate. s; mediante angelo vel
homine puro diuinitus reuelata. sicut
lex moysi doctrina Christi: quo ad illa
que docuerūt apostoli r̄ discipuli eius
auctoritate sua: r̄ similiter determina
tio ecclesie dei a spiritu sancto inspira
ta. de quib⁹ dicitur q̄ spiritu sancto in
spirati locuti sunt sancti dei hoies sc̄e
Petri p̄mo. Omnia ergo p̄dicta sūt
diuine voluntatis signa obligatoria: q̄
per illa significatur ad que obligat ra
tionalis creatura: sicut potest ostendi.
sed patet intuenti. Secunda differen
tia est q̄ signoz diuine voluntatis tam
naturalium q̄ supernaturaliū que dā
sunt rationali creature interiora. sicut
signa mentalia r̄ est naturalis cognitio
vel supernaturalis reuelatio mentē de
agendis r̄ non agendis interiori ino
mans. Alia sunt exteriora sicut signa vo
calia aut scripta: vt est vox audibilis v̄l
scriptura legibilis humana: seu diuina
p̄dictis signis mentalib⁹ exterioris cor
respondens. Et ista sunt signa signoz
mentalium sicut patet. Tertia diffe
rentia est q̄ signoz interiorū siue men
talium que dā sunt solū apprehensi
ua: alia iudicantia. Et iudicatioz que
dā sunt adheſiua cui⁹ formidine: alia
sunt sine formidine: sed cum certitudi
ne. Et istoz q̄dam sunt actus: alia sunt
habitus r̄. Et hec oīa possent ostēdi in

omnib⁹ p̄dictis signis: sed satis patet
intuenti. M̄ Tertia propositio est q̄
diuine voluntatis signum perfectissimū
inter omnia est lex Christi seu doctrina.
Ad cuius probationem in aliquo dist̄n
ctiōes sunt p̄mittende. Prima erit
generalis de isto termino lex. Secun
da specialis de isto termino lex
Christi seu doctrina. Prima distinctio
est q̄ iste terminus lex p̄t̄ ad p̄positū
p̄tinet multipliciter pro diuine sus
mitur. quō p̄ p̄ma lege: que est lex in
creata: sic dicitur Augustin⁹ legē. 22.
contra Faustū. vt supra dictū est: r̄ li
bro p̄mo de libero arbitrio. Lex eterna
est summa ratio: cui semper obtempe
randum est r̄. Quandoq; sumitur lex
p̄ signo p̄me legis: q̄ est lex causata: r̄
sic dicitur Tull⁹ in philipi. q̄ lex nihil
aliud est q̄ recta ratio a numine tracta
imperās honesta. p̄hibens p̄raria.
Sed capiēdo istū terminū lex p̄ lege
creata adhuc quōq; sumit generalit̄ p̄
qualibet tali naturali lege humana v̄l
diuina scripta vel non scripta: sic dicit
Tull⁹ libro secūdo de natura deoz
Quō lex est recti p̄ceptio: r̄ iuris depul
sio. Quōq; vero sumit pro lege natural
Et sic dicitur Tull⁹ libro de legibus.
Quō lex est rō insita a natura: q̄ iubet
q̄ sunt faciēda. p̄hibetq; f̄ria. Quōq;
etiā sumit specialiter pro lege huma
na scripta. r̄ sic dicitur Bratian⁹ dist. 1.
q̄ lex est cōstitutio scripta. r̄ dist. 3.
Lex est cōstitutio populi qua maiores
natu simul cū plebib⁹ aliqd sanxerunt
Et sic quis iste termin⁹ lex: sit ḡnalis
ad oēm legem creatā vel increatam na
turalē humanā vel diuinā scriptā vel
non scriptam. tamen quādoq; restrin
gitur ad vnā speciem. I Secunda
distinctio est q̄ iste termin⁹ lex diuina.
vt supponit pro lege creata diuinit⁹ in
spirata. qualis est lex Moysi v̄l Christi
Vno mō p̄t̄ sumi p̄ aliqua vna regu
la data a deo aliqd p̄cipiēte v̄l p̄hibē
te. Alio mō p̄ aliqua vna p̄gregatōe
plures tales regulas cōtinentē: qualiter
tota doctrina Christi dicitur lex Christi

si. Et isto modo sumitur in proposito. Sed capiēdo sic adhuc potest sumi stricte pro aliqua tali congregatione solum continente precepta et prohibitiones: quia hec duo solum pertinent ad legem proprie sicut patet ex dictis. Alio modo potest sumi large pro aliqua tali congregatione non solum continente precepta et prohibitiones: sed etiam consilia et promissiones testimonia hystoriarum verorum exempla imitabilium gestorum: parabolas: prophetias: miracula: sacramenta: promissiones precum: comminationes suppliciorum et multa huiusmodi. Que licet non omnia sint de substantia legis proprie: quia nec obligant nec prohibent eo quod his nihil imperatur aut prohibetur. ipsa tamen sunt fortissima adiutoria ad legem sustinendam et observandam. Ideo ponuntur preter legis diuine communitate dicitur. **Tertia distinctio est.** quod iste terminus lex christi seu doctrina. Alio modo potest sumi stricte pro congregatione illorum que ipse docuit in propria persona. Alio modo large pro aliqua congregatione illorum et simul eorum que docuerunt: et apostolorum discipuli et auctoritate sua et sic sumitur hic. **¶ An lex christi seu doctrina dicatur tota doctrina euangelica: intelligendo per euangelium non solum doctrinam quattuor euangeliorum sed generaliter nouum testamentum. que admodum doctrinam suam vocat Paulus euangelium. secunda Thymoth. 2.** Sed capiēdo sic adhuc potest sumi. Alio modo pro talis doctrine veritate: siue sit in mente: siue in scripto: vel in voce. Alio modo potest sumi pro talis veritatis seu obiecti intellectuali cognitione unde non minus proprie dicitur lex preceptorum vel prohibitio ipsa cognitio agendorum que ipsa veritas enuncians quid agendum vel non agendum. Ideo Hugo de sacramentis libro. 1. par. 6. cap. 6. Quid cognitio faciendorum fuit nisi quedam ad eorum hominis facta preceptum. Et quid rursum cognitio vitandorum nisi prohibitio. Nec autem cognitio potest esse multiplex: quia vel solum apprehensiva vel indicativa et adhesiva. Et si adhesiva: vel cum formidine vel sine formidine: et cum certitudine. et si cum

certitudine: vel potest esse habitualis vel actualis. Et si habitualis vel acquisita vel infusa. Et si actualis vel in habitu acquisito solum: vel ab habitu etiam infuso: sicut potest faciliter declarari: sed patet loquendo. **¶ Igitur propriissime lex christi potest dici fides infusa vel actus eius quo creatura rationalis assentit doctrine christiane veritatibus. Unde ad istum sensum posita est secunda pars conclusionis predictae. Et similiter tertia propositio: sed quod huiusmodi lex seu doctrina est signum perfectissimum voluntatis diuine intelligendo de signis datis rationali creature pro statu vite: quia de illis solum loquitur in presenti conclusione et ad istum intellectum patet propositio: tunc per propositiones immediate sequentes. Quarta propositio est quod nec lex naturalis nec lex aliqua humana. nec lex moysayca spiritualiter intellecta: est perfectissima lex: creata. Probatur primo: quia nullus viator ex puris naturalibus sine fide potest perfecte omnia ad que tenetur cognoscere. **¶ Maxime apostolum. Sine fide impossibile est placere deo. Ad Hebr. 11. Igitur ut supra.****

Secundo ideo apparet de lege Moysayca secundum apostolum. Nihil ad perfectum addidit lex. Ad Hebr. 7. Igitur propositum est. Quinta propositio est quod nec lex christi seu doctrina vocalis aut scripta: nec ipsa mentalis solum apprehensiva: nec adhesiva si non sit ex fide infusa: est perfectissima lex creata. Probatur. Quia nullus viator potest perfecte omnia ad que tenetur cognoscere vel intelligere. **¶ Iuxta illud Esa. 7. Nisi credideritis non intelligetis.**

Sexta propositio est. quod sola lex christi seu doctrina. id est. fide infusa habitus vel actus quem viator habet de ea est sibi perfectissima lex creata. Probatur. Quia nullus viator per aliud signum seu directiuum creatum: nisi per huius fide vel eius actum: perfecte cognoscit omnia ad que tenetur. ut patet ex dictis. Et per huiusmodi signum hoc perfecte cognoscit. ut patet quod si

non tunc catholici fideles operantes secundum devotionem fidei christi non sufficienter operantur ad consequendum salutem. quod est contra illud. **¶ Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Marc. 16. quare etc.** **¶ An ex predictis patet responsio ad principalis questionis titulum. scilicet. qualiter lex christi seu doctrina est lex perfectissima. et quater non. Et similiter patet responsio ad primam questionem articuli. scilicet. quod lex christi seu doctrina est in preceptis rectissima. Sic igitur probate sunt predictae sex propositiones pambule. Ex quibus patet declaratio totius conclusionis tertiae. **¶ Sed ex predicta conclusione et eius declaratione infero aliquas propositiones correlarias. Primum correlarium est quod sicut virtus iusticie solum est in mente et non in scripto vel in voce. sic in ipsa est proprie lex seu regula iuste vite. Patet quod nullo existente scripto vel voce adhuc lex est nec regule intellectuales que sunt rerum naturalium imagines minus essent seruande. nec homo minus obligaretur ad eas quam si eas legeret vel auderet.****

Secundum correlarium est. quod sicut vox audibilis non est lex proprie. sic nec scriptura legibilis: sed solum equivoce patet. quia vox vel scriptura lex non dicitur nisi ea figurave tropo. qua nomine rei vel veritatis signo imponitur vel imaginatur. sicut imago regis rex dicitur. Ideo apparet quod iniuste diffiniētes legem diffiniunt eam secundum eius impropriissimam acceptionem. Nam ut patet. **¶ Gratianus et alij scolastici diffiniunt legem scriptam. Tertium correlarium est quod ad legis christi habitualē fidem omnis viator sine ulla excusatione obligatur. patet per illud Marc. 16. Qui non crediderit condemnabitur. Et illud apostoli. **¶ Heb. 11. Sine fide impossibile est placere etc.** Quartum correlarium est quod a legis christi actuali fide nullus viator nisi sola in capacitate excusatur. Patet. quia licet inter homines alij alij minus sint capaces propter breuitatem intellectus. ex periculis pauertate. aut defectu doctrine vel gratie: quare non omnes similiter obligantur ad credendum singula legis explicitate et in particulari. Tamen nullum est genus hominum adeo tardum in**

tellectu. quod saltem implicite et in vniuersali non possit omnia credere. quicquid sibi asseritur esse verum. Ideo a tali credulitate actuali habenda loco et tempore nullus omnino excusatur nisi in capacitate. paruulos autem et minores ac furiosos ceterisque passionibus mente captos in capaces voco. tanquam naturalis impossibilitate prohibitos et omnino inexcusatos. Quare sic credere non tenentur etc. Quintum correlarium est quod sicut legem christi credulitas non est contra rationem: sed per rationem probabilia sic eius credulitas propter rationis probationem non est deo contumeliosa aut displicibilis. **¶ Iste correlarius quo ad veram partem est contra. S. parisiensis. libro de si. et legibus: per totum primum tractatum. Quod tamen posset probari ex predictis: sed dimitto. quia de hac materia tractabo in secundo principio. Secundum correlarium est quod sicut legis christi credulitas est in creature rationalis potestate libera: sic ipsa est eterne salutis meritum. **¶ Iste correlarius est quo ad veram partem contra. Holkot. 1. q. primum libri. quod tamen posset probari ex predictis sed dimitto: quia de hac materia tractabo in tertio principio. Sic igitur circa tertiam conclusionem probate sunt sex propositiones correlarie. Et hec de tertia conclusione.****

¶ Tunc descendendo ad conclusionem habendam cum duobus magistris meis reuerendis etc. Et iuxta materiam

primae partis prime conclusionis ponam contra eos sex propositiones collatiuas. Prima et principalis est ista. Sicut sola diuina voluntas respectu contingentis futuri potest esse causa inimpedibilis. sic solus diuinus intellectus respectu veri de futuro contingenti potest esse noticia infallibilis. Prima pars patet ex prima parte. dicitur conclusionis quia prima causa non potest impediri ab alia: quod quilibet alia ab ipsa. Igitur etc.

Principium

Secunda probatur quod diuinus intellectus respectu veri de futuro contingenti potest esse et de facto est noticia infallibilis et nihil aliud ab eo respectu talis veri potest esse noticia infallibilis. igitur. consequentia patet et antecedens quo ad primam partem patet sic supponit: quod procedit ab omnibus catholicis. Sed antecedens quo ad secundam partem negat Ma. nichol. et. qui ponit istam conclusionem quod respectu futuri contingentis a deo potest humano intellectui noticia creata infallibilis communicari quam probat: quod hoc fieri non implicat contradictionem. igitur. imo videtur fidei consonum dicere quod tale habuerit Christus et quod etiam quelibet prophetia sit talis noticia. Sed pro nunc probabiliter te neo oppositum: et arguo contra eum sic. Quia ad hoc quod aliqua noticia sit infallibilis: requiritur quod non possit esse falsa. Sed omnis noticia creata respectu veri de futuro contingenti potest esse falsa. igitur. Antecedens quo ad primam partem patet manifeste. Sed quo ad secundam probatur: quod omne verum de futuro contingenti potest esse falsum. ergo omnis noticia creata qua tale iudicatur esse verum. potest esse falsa. antecedens patet: et consequentia tenetur: quod non stat quod aliqua noticia sit iudicium falsi et non sit falsa: similiter ista consequentia confirmabitur per sequentia. Unde contra eundem magistrum sit hec secunda propositio. Sicut sola diuina voluntas aliquid potest non voluisse quod voluit. sic solus diuinus intellectus aliquid potest non iudicasse quod iudicauit. probatur et primo quod hoc sit verum de deo patet: quod deus voluit et iudicauit ab eterno antitipsum fore. et tamen potest nunc hoc voluisse aut iudicasse: sicut possibile est antichristum non fore. Sed quod hoc sit verum de solo deo et de nullo alio negat dicitur magister quod in secundo correlario predicte conclusionis ponit quod fidelis quod ex fide infusa iudicauit ultimum iudicium fore potest hoc non iudicasse. Sed probatur: quod cum hoc iudicauit potest ultimum iudicium non fore: et si non erit ergo ex fide infusa false iudicauit. quod non est dicendum cum fidei non sub sit falsum: aut dabit correlarium suum esse verum. Sed contra hoc arguo sic: quod

de nullo intellectu qui iudicauit antichristum vel iudicium fore concedendum est quod potest hoc non iudicasse nisi de illo de quo ista consequentia est bona. sic intellectus sic iudicauit. ergo sic erit. sed de solo intellectu diuino et de nullo alio ista consequentia est bona. ut patet. igitur. Unde pro maiori declaratione huius et contra eundem magistrum sit hec tertia propositio: est una regula facti utilis meo iudicio: quod nulla propositio de possibili negatiua cuius affirmatiua de preterito correspondens est vera: est concedenda de creatura nisi ubi predicatum est iste terminus verum aut falsum aut aliter terminus includens alterum istorum in sua ratione diffinitiuam. Tertio gratia: si ista affirmatiua de preterito sit vera Socrates iudicauit ultimum iudicium fore. hec negatiua de possibili sibi correspondens non est concedenda. Socrates potest non iudicasse ultimum iudicium fore. Quia hoc solum concedendum est de deo propter rationem prius tactam. Si autem hoc concederetur de creatura pari ratione sustineretur quod creatura que voluit. a. potest non voluisse. a. et similiter illa que peccauit potest non peccasse: et sic quod preteritum potest non fuisse contra articulum parisiensem. Bene tamen concedendum est quod Socrates qui vere iudicauit ultimum iudicium fore potest non iudicasse verum. et quod illud quod fuit iudicium verum potest non fuisse iudicium verum: et ratione diuersitatis alibi ostendat. Ex his ergo patet quod ratio huius magistri non valet quando dicitur cum hoc quod fidelis iudicauit. et. stat. et. Concedo enim istud et nego ultra illam consequentiam iudicium non erit: ergo talis ex fide false iudicauit: bene concedo ergo false iudicauit. Unde dico primo quod non est possibile fidei subesse falsum. patet: quia fides includit quod sit vera et de vero. Dico tamen secundo quod fidei possibile est subesse falsum. patet: quia istud quod de facto subest fidei potest esse falsum. Dico tertio quod illa noticia que fuit fides licet non possit non fuisse noticia aut iudicium. tamen potest non fuisse fides aut iudicium verum. patet

in primum sententiarum

et dicitur. et sic dicitur contra istum re. magister me recomendo. et. B. Quarta propositio et principalis est ista contra magistrum Bernardum. Sic diuine voluntati nihil est causa essendi: sic diuino intellectui nihil est causa sine causalibus ratio cognoscendi. Prima pars patet ex prima parte predicte conclusionis: quia diuine cause nihil est potest causa essendi. Secunda pars sequitur ex prima: quia cum in deo sit idem esse velle et intelligere: sicut nihil est sibi causa sine causalibus ratio essendi: sic nec velle est aut intelligendi. Sed hanc secundam partem negat predicte magister qui in una conclusione ponit quod diuinus intellectus assentiat quod antichristus erit preterite determinatione voluntatis: tamen hoc non potest competere intellectibus creatis. Prima pars patet probatur: quia per determinationem diuine voluntatis aliquid ponit in esse futuri. igitur per illam habet cognosci esse futuri a diuino intellectu. et sic in hac parte concedit quod diuine voluntatis determinatione est ratio cognoscendi intellectibus diuino. Secunda pars probatur: quia in intellectu creato voluntas non potest esse ratio assentiendi alicui vero. Sed pro nunc nolo multum stare circa secundam partem. pro tamen quod illa non sit vera vel saltem non sit concedenda sed subitanda. et arguo sibi sic. Deus potest dicere aliquem intellectum tante perfectionis et talis conditionis quod ex sola determinatione voluntatis sufficiat assentire quibuscumque veris sibi propositis. igitur sic assentire potest competere intellectibus creatis: consequentia est euidens et antecedens est sibi dubium: quia non apparet quod tale intellectum a deo fieri implicet contradictionem: et si dicat quod sic ostendat rationem. et. igitur consequens non est ab eo negandum. Sed venio ad primam partem unde contra eam sit hec quinta propositio. Sicut diuina voluntas nullam habet rationem propter quam determinetur ut velit. sic diuinus intellectus propter diuine voluntatis determinationem non assentit quod anti-

christus erit. Prima pars patet ex dictis. secunda pars sequitur ex prima pro simile. Secundo probatur: quia aliter sequeretur quod diuine voluntatis determinatione esset intellectus diuino causalibus ratio consequentis patet ex dictis. Sed consequentia tenetur: quia ista dicitur propter dicitur habitudinem causalium ut clarum est. Tertio probatur: quia aliter sequeretur quod ista propositio causalis esset vera: quia diuina voluntas vult quod antichristus erit: diuinus intellectus assentit quod antichristus erit: consequentia patet: sed falsitas consequentis patebit. Unde pro isto et contra predicte magistri sit hec sexta propositio: quod non pro regula generali. Nulla propositio causalis cuius consequens signat tanquam signatum totale deus velle aut intelligere est vera proprie. patet: quia ad veritatem propositionis proprie causa lis requiritur quod ita esse sicut signatur per antecedens sit causa quare ita est sicut significatur per consequens. Dico sic non potest esse in proposito. et. ut patet ex dictis et alias magis declarabo si opus sit. Ex his ergo patet quod ratio dicitur magistri non valet quando ipse dicit per determinationem diuine voluntatis. igitur per eam. Unde nego antecedens. consequentiam. et consequens ad intellectum que intendit iste magister. Dico igitur primo. quod antecedens de virtute sermonis est falsum: quia ista oratio esse futurum pro nullo supponit plus quam ista esse nihilivel chymere. Ideo per nullam causam ponitur aliquid in esse futuri. Secundo dico quod illud antecedens est falsum ad sensum quem intendit iste magister. Intel ligit enim quod determinatio diuine voluntatis est causa quod aliquid est futurum sed postea ostendam quod hoc est falsum. Tertio dico quod suppositio quod illud antecedens esse verum ad predicte magistri intelligendo consequens ad sensum quem intendit iste magister. ut patet ex dictis. Et hec sunt dicta contra. et.

Principium

Tunc descendendo ad collationem habendam cum duobus alijs patribus meis reverendis. Et iuxta materiam prime partis secunde conclusionis ponam contra eos sex propositiones collatiuas.

Prima et principalis est ista. Sicut diuinavoluntas potest esse efficiens causa solui respectu entitatis que potest esse vel fieri. sic sola talis entitas potest esse terminus seu effectus causalitatis dei. prima patet euidenter sequitur ex prima parte dicte conclusionis. et etiam secunda pars sequitur ex prima. Secunda propositio est sicut negatio et puatio sic nec preteritum nec futurum potest effici a deo. patet ex precedentiibus: quod nullum tale est aliqua entitas: siue effectus causalitatis etc. Tertia propositio est. si cuius diuina potentia non potest facere preteritum non fuisse. sic nec futurum non fore. patet ex precedentibus. Sed oppositum dicitur tenet frater Job. etc. qui in secunda conclusione primi articuli. ponit istam propositioem. Et si summi entis infinita potentia possit facere futurum non fore. non potest in facere preteritum non fuisse. Prima pars probatur: quod nullum futurum necessario eueniet. imo quodlibet futurum non fore est possibile. Igitur cum deus sit omnipotens sequitur quod potest facere ipsum non fore. Secunda probatur: quod preteritum non fuisse preteritum est impossibile: ergo hoc deus facere non potest. consequentia tenet et antecedens patet: quod ad illud sequitur aliquid fuisse et illud non fuisse etc. Sed licet procedat ista secunda pars: non tamen propter predictam probationem: ut patebit. Prima autem pars negatur: et contra eam arguo sic. Quia futurum non fore non potest esse aliqua entitas que sit terminus aut effectus causalitatis diuine. Igitur etc. antecedens est clarum: et consequentia patet per predictam.

Secundo illa ratio futurum non fore non supponit per aliquo in aliqua propositione. Igitur cum sit affirmatiua ipsa est falsa. consequentia tenet. et antecedens patet: quod ista deus facit futurum non fore implicat contradictionem: ut patet etc. Ex his ergo patet quod ratio sua non valet quam dicit quodlibet futurum potest non fore. Igitur etc. nego primam ratio patet ex dictis. quia

do etiam dicit preteritum non fuisse est impossibile. etc. igitur etc. concedo prius: sed non propter istam probationem: quod supposito quod ego dixerem quod preteritum non fuisse esset possibile adhuc tamen non procederem: quod deus potest facere preteritum non fuisse. Concedo tamen antecedens: propter articulum parisiensem. et non propter illam probationem: quod ad illud sequitur aliquid fuisse illud non fuisse. Nam licet illud sequatur ex eorum quod ad impossibile sequitur quodlibet. et tamen hoc sequitur non potest probari plus quam possit probari: quod ad futurum posse non fore sequitur aliquid fore: illud non fore. Ideo etc. Et sic sit dictum contra istum reuerendum patrem. etc. Quarta propositio et principalis sit ista contra fratrem Robertum etc. licet diuina causalitas sit infinita et immensa: non tamen immensetur: sed solum finite causat quicquid agit ad extra.

Prima pars patet ex dictis: quod diuina causalitas est diuinavoluntas: que est infinita et immensa. Sed oppositum secunde partis tenet dictus re. patet: quod in primo articulo ponit istam tertiam conclusionem. Sicut prima causa est immensa intrinsece formaliter sic eadem correspondet immensum agere vere et realiter. consequentia probatur: quod ipsa agit et ad cuiuslibet effectus productionem percurrit per illud idem per quod ipsa est intrinsece et formaliter immensa. Unde arguitur sic.

Sit. a. aliquis effectus productus: et sit b. virtus prime cause que producit illum effectum. vel igitur b. percurrit ad productionem ipsius a. secundum suam totam conatum vel non. Secundu non potest dari: quod talis virtus est impartibilis. igitur oportet dare primum et per prius talis virtus sicut est immensa et immensi conatus sic immensetur agit. Unde ex hoc infertur quod officio producere diuini actus est equaliter producere. id est. omne quod deus agit: equaliter producat. Ex quo ulterius infertur. quod hec prima non valet. deus eque intendit producat. a. et b. duos effectus. ergo a. et b. sunt eque intensi. Sed contra ista arguo. primo sic. nulla res plus vel minus producat ab aliqua causa: quam ipsa sit in sua natura. Sed omnis res ad extra producta solum

In secundum sententiarum.

diuina qd legē secundā qd est lex create
Et per legem stricte sumptam intelli-
gat solum legem creatam tunc cum lex
prima que est voluntas diuina ita pro-
prie vel magis sit lex obligatoria sicut
quęcūq; lex create. sequit cōtra ipm qd
ita pūe vel magis aliquis est preuica-
tor legis. qd agit cōtra legē creatam
qd est cōtra ipm. quare. et. Sic igitur ex
omnibus predictis patet qd lex ppositio
nes supradicte stant in veritate. et.

Incipit pncipiū in tertiū lib. in lap

Uenā doctrina bec

noua. Ista questio moue-
tur Mar. 1. c. quaz alias
in eiusdem libri pncipio et
similiter in pmo sententia
rū exordio per me assum-

ptam pro themate iterū nunc resumō
Reuerendi patres magi ac vni carissi-
mi sicut sacra testatur hystoria. bonus
oim artifex rerū deus qui oia non nisi
bona pduxit in esse. hōiem ipm specia-
lis progatiua bonitatē creatū inter ce-
tera valde bonū. etiq; ad imaginē suaz
factū virtutib; singulis insigniuit. S; v-
t de alijs taceamus quatuor spāliter
virtutibus videre mihi videoz amictū
fuisse hōiem ab ipso sue creationis ex-
ordio. Dederat etiā sibi de? misericor-
diā ad cōseruationē. hunc siquidē mi-
sericordia custodiebat. Dederat verita-
tem ad eruditiōē. hunc veritas doce-
bat. Dederat iusticiā ad directiōē. hūc
iusticia regebat. Dederat et pacē ad de-
lectationem. hunc deuis pax fouebat.
Sed heu miser homo descēdēs de hie-
rusalem in hiericho incidit in latrones.
Lu. 10. a quibus suis virtutib; misera-
biliter spoliatus accepta perdidit mu-

Principium

vera veritate. perdidit enim pietatem et
miam perdidit veritatem et sapientiam. per
didit equitatem et iustitiam. perdidit etiam
pacem et concordiam. Perdidit itaque ho
mo iste pietatem et misericordiam quoniam sic ex
arsit in concupiscentia sua ut nec sibi nec
suis parcere et nasaturus. Sed in se im
pius et iniquos in posterum. simul omnes
terribili maledicto et necessitati mortis
adiectus. Perdidit homo iste veritatem
et sapientiam quando diaboli credens me
dacio imortalitatem fallaciter promitten
tis. insipiens factus diuini verbi infal
libili veritatem adiecit. Perdidit homo
iste equitatem et iustitiam quando serpen
tis persuasionem et mulieris voci obedi
uit potiusque diuine. tunc enim ut quidam
verbo vtar. Terras astra reliquit. Per
didit venus incepto concupiscentie aduer
sus spiritum et contra ipsum omnis crea
tura que patitur sibi subiecta fuerat rebel
lare. tunc enim eius intus pauor et foris ti
mor inualuit. Sic igitur prohdolor virtu
tes a terra passe sunt exiliis. Sic in celum
coacte sunt capere refugium. sicut ipso
homine derelicto ad deum qui eas vede
rat redierunt. Sed pensandum est caris
simum et diligentius perscrutandum qua
liter summa creatoris sapientia circa mi
serabilis creature sue reparationem mi
serabiliter disposuerit providere. Factum
est namque in celo consilium ut de causa lap
si hominis tractaretur. in quo medius
pater luminis iudicis fungens officio re
sidebat. ante cuius prospectum virtutes
ipse que dicte sunt principaliter assisten
tes super hac re pariter conferebant et
vtraque ex parte quod eis videbatur vtiliter
loquebantur. Siquidem veritas et iusti
cia homines miserum condemnabant.
pater vero et misericordia eundem dulci
ter excusabant. Veritas igitur ac ius
ticia contra homines parate ad facien
dam vindictam his verbis iudicem af
fabatur. Nunquid oportet impleri ser
monem quem locutus es domine. Ne
cesse est ergo ut totus moriatur. Adaz
cum omnibus qui in eo erant qua vie
retatum ponimus in preuaricatione quae

stauit. Nunquid si preuaricator predi
cam mortis sententiam euaserit non
iam permanebit in eterna veritas aeterna
domine. Nunquid in tempus iudicem
parus huius merita retorquerent. Es
nendum enim omnino est ne fiat irritum
verbum tuum. ne sermo tuus vniuersus et ef
ficax vlla occasione vincatur. Parvero
et misericordia e contra pro parte homi
nis pia iudicia pullantem viscera loque
bantur. Nunquid obliuiscerent misere
ri deus aut continebit in ira sua misere
ricordias suas. Nunquid vniuersus in eternum
irasceris nobis aut extendes iram tuam
a generatione in generationem. Nam enim
tua misericordia perit et nulla est ali
si aliquando non miserearis. Nunquid
ergo domine misericordie recordaberis
ut culpa hominis quae de fragili limo pro
ductus est qui a foris dyabolo se ductus
est in foro tue pietatis valeat excusari
Eget enim tua misericordie creatura tua.
quoniam misera facta est et miserabilis valde
venit autem tempus miserandi eius imo
iam perire tempus. Tu ergo domine mi
serere. Sic igitur grandis erat contro
uersia et intricata nimis disceptatio. nec
videbat quomodo posset erga hominem
veritas et iusticia ac simul pater et miseri
cordia conseruari. Sed audite dilectissimi
simi super hac deceptatione iudicis sententias
Sane ista omnia multumque visus sit dissimulans
pater misericordiam suam ut interim satis
faceret zelo veritatis et iusticie non tam
instructuosa fuit patri misericordie
supplicatio importuna. sed exaudita fuit
in tempore oportuno. Imo ut declamatis se
nece verbo vtar. Perierat totus orbis
nisi super iram fuisset misericordia. vniuersum
denique pater et demens iudex paci et miseri
cordie condescendens super predicta contem
tione tales procul sententias. Perierat inque
me fecisse homines. Sed. s. bonum enim
erat si natus non fuisset homo iste. nihil
autem incidit penam agere pro homine
quod creauit. vadam ergo et naturam assu
mens humanam pro hominis redemptione
mortem patitur ab homine. His itaque au
ditis factum est quod propheta vixerat. Mis
ericordias et veritas obuiauerit sibi. in

In tertium sententiarum

Acta et per osculata sunt. ps. 84. Tunc
enim indissolubili coniuncte federe vna
inimiter iudicis laudauerit propositus
et sic prolata sententia facta est partium
concordia. Sed attendite carissimi qua
liter premissa sententia executioni fue
rit demandata. venit enim plenitudo
temporis. et iam pluribus temporibus cur
riculis euolutus quibus os suum vili
tauerat infernus ut nascentes recipe
ret et mortis terminos ampliaret. Tan
dem puerorum vagitus. voces iuuenum se
nus lacrimas. virtuosos vocis stridores
dentium. miseratio diuina consperit: vi
propter misericordiam inopum et gemitum pau
perum. nunc exurgam dicit dominus. psal. 11.
Solens ergo pessimus vniuersum horem cri
pere ne ab inferni faucibus sorberetur
et ei de misericordia reddere quod sibi fu
erat de iusticie ratione sublatum. digna
tus est ab arce celi. a solio glorie. in ho
minum coloniam in seruilem formam vni
venire. sed et carnem peccati suscipere
ut pro hominis redemptione fieret de
bitor. Hec est igitur breuis noue christi
doctrina summa. hec est breuis totius
legis euangelice sententia. hec est doctri
na per quam lux in tenebris oritur et sa
lus nascitur in peccatis. hec est doctri
na tam singulariter mirabilis. et tam mi
rabiliter singularis ut in eius amira
tione raprus homo non immerito in ad
miratione astionis cogatur presumere
verba dicens. Que nam doctrina hec no
ua. que fuit questio vestris proposita re
uerentibus a principio. B Ad quam
quidem questionem sicut alias dicebatur
magister sententiarum in quadripartito
huius libri volumine sub quadripartiti
conclusionem responderet. Prima est. quod
hec est doctrina per quam summa dei mi
seria secretius reuelantur in primo.

Secunda est quod hec est doctrina per quam
noua mundi vestigia subtilius decla
rantur in secundo. Tertia est quod hec est
doctrina per quam mira verbi commer
tia sublimius referantur in tertio.
Quarta est quod hec est doctrina per quam
pater lapsi remedia suorum propinquantur
in quarto. Per ipsam namque reuelan

tur secretus velata misteria summe tri
nitatis quo ad primum. per ipsam de
clarantur subtilius creata vestigia nos
ne unitatis quo ad secundum. per ipsam
referantur sublimius sacra commercia
mire charitatis. quo ad tertium. per
ipsam propinquantur suauis oblata re
media pie sanuatis quo ad quartum.
Nam in hoc quadripartito sententia
rum libro tractat magister quadruplex
doctrina christi noue et euangelice legis
archanum euangelice iohanni diuini
tus inspiratus. Iohan. 1. c. Primum est
quod in principio erat verbum et verbum
erat apud deum et deus erat verbum.
Quod est beate trinitatis summum mys
terium in primo libro. Secundum est
quod omnia per ipsum facta sunt et sine ip
so factum est nihil. quod est create crea
tatis nouum vestigium in secundo libro.
Tertium est quod verbum caro factus est
quod est diuine caritatis mirum comertum
in tertio libro. Quartum est quod habitauit
in nobis. Et vidimus gloriam eius
quod est humane sanitatis pius remedi
um in quarto. Sic igitur per hanc doctri
nam altius erigitur humanus prosper
ctus quo ad primum. dulcius instruit
humanus aspectus quo ad secundum.
Rectius dirigitur humanus prospectus
quo ad tertium. Mitius corrigitur hu
manus defectus quo ad quartum. Ita
magister in hoc sententiarum libro corre
spondenter ad premissa. Ad erigendum
prospectum hominis agit de cognitio
ne dei perfecti luminis in primo. Ad in
instruendum aspectum hominis. in se
cundo. Ad dirigendum prospectum ho
minis agit de comunione verbi effecti
umminis. in tertio. Ad corrigendum defec
tum hominis agit de curatione lapsi
infecti seminis. in quarto. Hec sunt
igitur quattuor conclusiones ad propo
sitionem responsales quas magister sen
tentiarum pertractat. de quarum tertiam
nunc solum dicendum est dimissis alijs
suis locis. Tertia igitur conclusio est
huic tertio libro sententiarum corespon
dens. quod hec est doctrina per quam mira

Principium

verbi commercii sublimius referantur. Per ipsas namque referantur sublimius sacra commercia in re charitatis. Nam in hoc tertio libro sententiarum tractat magister illud doctrine christi noue et euangelii legis archaam cuius geliste Johanni diuinitus inspiratum Johannis. i. Verbum caro factum est quod est diuine caritatis mirum commercium. Abi queso videte carissimi circa commercium in re charitatis quattuor sublimius referari. Primum est personalis diuinitas. quia verbum. Secundum est naturalis humanitas. quia caro. Tertium est specialis naturas. quia factum. Quartum est suppositiua unitas. quia est. Terte siquidem pro omne quod est ideo est quoniam numero est. Nec est enim huius tertii libri sententiarum principalis materia et in ista gratia. Sic igitur per hanc doctrinam rectius virgine humani profectus. Nam magister in hoc tertio ad dirigendum profectus hominis agit de conone christi effecti numeris ostendens quantum humana sunt fragilitas quantum in christo deo et homine salua pietate vtriusque substantie. vnde cum maiestate humilitas. cum virtute infirmitas. cum eternitate mortalitas. caro cum verbo. homo cum deo. infinitum cum summo. Sane ut quia per inuicem nostra lege distabamus a summis in seipso iungeret inuicem summis atque ex eo nobis via redeundi ad summa fieret. quo summis suis inuicem nostra copularer. Nec est itaque tertie conclusionis in ista. Nec est huius tertii libri istius doctrina per quam homo per a rectitudine deum. recto calle ad profectus salutis virgine per quam ipse qui prius ad inferna seducebat diabolo trahebatur mediatore christo ducatur ad superna. Ad ipse nobis concedere dignetur qui benedictus est in secula seculorum. Amen.

Luxta thema collationis in primo principio meo tales formam titulum questionis. vtrum doctrina christi noua sit lex et factissima. Et quia perfectio legis christi ex quatuor potest specialiter declarari. Primum ex perfectione preceptorum que ab ipsa iubentur. Secundo ex perfectione credendorum que in ipsa docentur. Tertio ex perfectione me-

ritorum que sub ipsa habentur. Quarto ex perfectione preceptorum que ex ipsa debentur. Ideo iuxta hec quatuor precepta titulus per posite questionis diuisus fuit in quatuor titulos principales circa quatuor libros in ista rum tractandos. Primum erat vtrum lex christi sit in preceptis rectissima. Secundus erat vtrum lex christi sit in credendis certissima. Tertius erat. vtrum lex christi sit in meritis gratissima. Quartus erat vtrum lex christi sit in preceptis iustissima. Unde sub his quattuor titulis in quattuor libris sententiarum principis quattuor difficultates propositi tractate. Primum erat de legis christi et diuine voluntatis recta conformitate. Secunda erat de legis christi et sue veritatis certa probabilitate. Tertia erat de legis christi meritoria equalitate. Expeditis primo et secundo articulis in alijs principis restat nunc expeditur tertium aliam referunt. Quertur igitur vtrum lex christi sit in meritis gratissima. Arguitur primo quod non. quia illa lex non est in meritis gratissima que imperat aliquid quod si non fiat demeritorium est. et si fiat non est meritorium. sed lex christi est in meritis gratissima. Sed minor probatur quia lex christi imperat credere. articulos fidei. An apud sine fide inquit impossibile est placere deo. credere enim oportet accedere ad deum etc. De b. ii. Sed non credere demeritorium est. quis qui non crediderit perdenabit. Mar. vii. Credere vero non est meritorium quod de claro sic. quia nullus actus est meritorium qui non est liber seu in libera hominis potestate. sed actus credendi non est liber. cuius sit actus intellectus et non voluntatis nec articulos fidei credere est in libera hominis potestate. quia pari ratione est in libera hominis potestate opinari quam quod vellet. cum difficilis sit causare assensum firmum et sine formidine qualis est assensus fidei et assensus dubium et cum formidine qualis est assensus opinionis et tunc ad experientiam patet quod homo non potest libere opinari quod vult. quare etc.

In tertium sententiarum.

In oppositum arguitur. quia sicut dicitur soler lex moysi est lex rigoris lex autem christi lex gratie et amoris iuxta illud. Jo. i. Lex per moysen facta est gratia autem per iesum christum data est. quare etc.

D In ista questione erunt duo articuli. Primum erit breuiter responsiuus et secundus erit aliquantulum collatiuus etc.

Quantum igitur ad primum respondeo breuiter ad questionem tenedo simpliciter parte affirmatiua questionis pro qua ad sensus sufficienter ratio post oppositum. Sed per solutionem rationis ante oppositum aliqua sunt dicenda. Primum igitur sciendum est quod difficultas que tangit in hac ratione. vtrum credere articulos fidei sit meritorium consistit in tribus propositionibus. quarum altera oportet concedere et tunc difficile est eligere. vel enim oportet dicere quod actus credendi non est meritorium. quia non est in potestate voluntatis. et per hoc sunt assertiones plurium doctorum vel oportet dicere quod actus credendi sit meritorium. et in potestate voluntatis. et contra hoc est ratio supradicta. et ut videtur communis experientia. vel oportet tertis dicere quod actus credendi sit meritorium. et tamen quod non sit in potestate voluntatis. et per hoc sunt multe assertiones tam sanctorum quam philosophorum dicentium quod nullus actus est virtuosus vel meritorium nisi sit a libero arbitrio. libere electus et impatius. prima ergo partes tenet Holkot et dicit quod velle assentire vel acceptare assensum et gaudere de assensu est meritum. quia omne quod est meritum essentialiter est actus voluntatis. Igitur prope et stricte loquendo de merito dicit quod assentire articulo fidei non est meritorium nec dissentire demeritorium quia actus credendi non est impatius a voluntate nisi sicut actus considerandi vna conclusionem geometricam vel physicam. Ideo non est plus meritorium quam talis actus. Et eiusdem sententie videtur fuisse S. Parisiensis in quodam passu tractat sui de fide et legibus quantum ad illud quod ultimo dictum est de actu considerandi etc. Sed creditur opinione reputauit magister hugoninus quantum ad aliquid esse beneficium et subiectum

repugnando claudere repugnantiam. **L**ibi autem videtur dicitur de difficultate solum stare in quibus nominis. et magis esse vocale quam reale. Pro quo secundo sciendum est. quod aliquid actus esse liberum sine esse in libera potestate voluntatis potest tripliciter intelligi scilicet in quo actus a voluntate procedentes sunt in triplici differentia. Quiddam enim sunt qui sunt immediate ab ipsa voluntate a quibus anima rationalis denominatur voluntas. sicut sunt actus volendi. et isti sunt primo principaliter et per se libere. Alii sunt actus intelligendi qui sunt ab intellectu mediante actu volendi et nolendi et a quibus anima rationalis denominatur intellectus seu intelligens. sicut sunt actus credendi articulos fidei. quia ut ait Augustinus. Lettera potest bene nolens credere autem non nisi volens. Et ideo actus credendi licet sit actus intellectus seu actus intelligendi tamen sit particulariter a voluntate. seu mediante actu volendi. Et propter hoc licet intellectus intelligendo agat ut potentia naturalis et non libere. tamen aliqui actus et possunt aliquo modo dici liberi. quia aliter sunt mediante actu libero voluntatis. percurrere ad hoc apparentia rationis licet non cogitans. Alii sunt actus potentiarum sensitiuarum impati a voluntate libera sicut currere ambulare. ire ad ecclesiam. dare elemosynam. et sic de similibus. et isti actus licet sint naturales. tamen possunt dici esse in potestate voluntatis per quantum sunt ex eius imperio et per hoc potest recordari per dicta dicitur. Pro quo tertio sciendum est. quod si nullus actus intelligendi qui non sit a voluntate seu mediante actu volendi sit virtuosus vel meritorium aut enim virtuosus nec demeritorium. quia talis est pure et mere naturalis. tamen actus intelligendi qui sit mediante actu volendi potest esse meritorium. quia talis licet non sit propriissime liber. seu in libera potestate voluntatis tamen est aliquid modo liber. et in potestate voluntatis per quantum dependet ab ea. et hoc sufficit ad hoc quod in eo cadat ratio meriti vel demeriti. sicut etiam dicitur potest de actu exteriori. Et ita dicendum

Principium

est. q. actus credendi articulos fidei est meritorius et est in potestate voluntatis supra secundam viam supra tactam. nec oppositum probat ratio ut patet ex predictis. Ex premissis patet illud quod alias in tertio principio intelli contra magistrum. S. qui posuit in quodam correlario q. assentire alicui deo propter determinationem voluntatis non potest competere intellectibus creatis. Quod probat. quia intellectus creato voluntas non potest esse ratio assentiendi alicui deo. et per consequens nec eius determinatio: quia hoc procedat de intellectu diuino. hoc autem apparet de facto esse falsum quia sepe homines determinati sunt in fidelibus causa credulitatis. et si non causa efficiens totalis in partiali. ut patet per predicta. et amplius declarauit circa prologum primi. Et hoc de primo articulo. ¶ Quamvis ad secundum articulum ad habendum collationem. et resimam illas tres dubitationes quas tractauit in tertio principio scilicet supra quartum librum. Prima erat utrum voluntas diuina sit diuino intellectui ratio cognoscendi siue assentiendi respectu alicuius veri. Secunda erat utrum voluntas diuina sit vel esse possit creato intellectui causa infallibilis iudicij respectu contingentis futuri. Tertia erat utrum voluntas diuina sit creature rationali prima lex siue prima regula obligandi respectu cuiuslibet ab ea debiti fieri. Ad primam dubitationem respondet magister. S. tenendo partes affirmatiuam nam in quodam correlario posuit q. diuinus intellectus assentit q. antiphras erit precise propter determinationem voluntatis. Quod probat. quia per determinationem diuine voluntatis aliquid ponitur in esse futuri. igitur per illud habet cognoscere esse futurum ab intellectu diuino: et sic procedit q. ratio cognoscendi intellectui diuino est diuine voluntatis determinatio. Sed contra hoc arguendo in primo principio meo posui tres propositiones. scilicet ut breuius faciam illas non recito. etiam quia respondendo ad eas dixi q. ego laborauit secus in equiuoco. Ad cuius declarationem in quodam notabili inter cetera posuit q. iste

dictiones. quia propter. et breuissimum in coribus locutionibus quibus notant non quidem causalitatem propriam sed illationem illius ex alio cum connotatione cuiusdam presentis: vel positatis secundum nostrum modum percipiendi vel alias inferentis respectu illati. et ad aliquem talis intellectus ipse loquitur de causalitate in dictis suis. Sed in tertio principio probauit q. iste modus respondendi non sufficit ad verificationem dicti sui. Primo sic. quia ipse probauit correlariis suis per hoc quia per determinationem diuine voluntatis aliquid ponitur in esse futuri. igitur per illud habet cognoscere esse futurum a diuino intellectu. sed in antecedente ipse per non solum dicit prioritatem secundum modum nostrum concludendi vel cognoscendi sed aliam causalitatem. igitur in sequente eodem modo debet capi. Ad hanc respondet negando istam ultimam sequentiam. sed vere non videtur huius negationes causas. Sed arguenda sic. quia in materia de qua loquitur sicut cum dicitur deus intelligit per ideas. vel quando iste magister dicit q. diuinus intellectus assentit q. a. erit propter determinationem voluntatis ipse per vel ipse propter non potest capere nisi altero istorum modorum. scilicet vel prout notat circumstantiam esse motiue seu effectiue. sicut cum dicitur q. anima intelligit per habitum vel putat dicit circumstantiam potentie intellectiue. si cum dicitur q. homo intelligit per intellectum. vel putat dicit circumstantiam formalis noticie. sicut cum dicitur q. homo intelligit per suas cognitionem. vel putat notat circumstantiam sui obiecti mediatis. sicut cum dicitur q. homo intelligit deus in via per quandam conceptum sibi proprium. vel putat notat circumstantiam obiecti immediate terminatis. sicut cum dicitur q. homo videbit deum in patria per suam essentiam propriam. Sed nullo predictorum modorum potest intelligi illud dictum. ut potest facile ostendi inductiue. igitur illud non est verum nisi valde improprie. Tertio sic. quia non sufficit dicere q. ipse per vel ipse propter notet sibi illam prioritatem consequentie siue nostri modi intelligendi. Tum quia istud videretur improprie dictum. Tum quia talis

In tertium sententiarum

modus concipiendi esset fictus. nisi sibi corresponderet aliquid prioritas ex parte rei: quod non potest dici: cum inter intellectum et voluntatem deus in nulla possit ponitur seu quibus distinctio ex parte rei assignari. igitur non est verum q. sua voluntas sit ratio assentiendi intellectui diuino plus q. e conuerso. Quarto sic. aliquid esse rationem que aliquid dicitur alteri non potest nisi dupliciter intelligi. scilicet vel q. primo dicitur illi et ideo conuenit alteri. sicut anima est ratio q. habet esse susceptibilis discipline: quia hoc primo conuenit alteri et ideo dicitur hoc: vel q. non dicitur sibi primo. ipsum in primo necessario erigit ad hoc q. conuenit illi. Et hoc potest esse dupliciter. vel q. ipsum est causa illius quod dicitur alteri. sicut anima est ratio que habet moueri: non q. primo moueat: sed q. est causa sui motus. Sed q. est aliquid importatum per illud quod dicitur illi: siue de illo dicitur. sicut anima materia et forma est ratio que dicitur corruptibile: quia per hoc dicitur esse corruptibile et forma in potentia: ut patet ex eius quod notis. Sed duobus primis modis non potest intelligi de determinationem voluntatis dei esse sibi rationem quod patet sic. quia illo modo nunquam a. est ratio quare b. conueniat ipsi c. nisi inter a. et b. et c. sit aliquid distinctio quod non est in proposito nisi ponatur distinctio formalis quam non concedit. Sed pro solutione istarum rationum notandum est in suo tertio principio. et primo dicit q. pro exemplari declaratione huius materie est sciendum q. artifex creatus constituto iam artificio in esse idea in mente sua: licet habeat potentiam sufficientem et omnia necessaria ad ponendum illud in esse: tamen non existit in actu nisi prius per considerationem q. bonum est illud esse superueniat sibi velle actuale ponendi illud in esse. Ex hoc enim incipit illud artificium esse futurum in tali vel tali tempore et est ex parte artificis. Sed quod sit de hoc exemplo. tamen falsum est quod ultimo dicit. scilicet ex hoc incipit illud artificium esse futurum. Nam impossibile est aliquid in seipso esse futurum esse futurum ab eterno sit futurum. Sed applicando dictum

exemplum ad propositum dicit q. licet in primo artifice deo nulla sit positus vel ratio causalis inter volitionem et cognitionem respectu esse a. producibilis vel futuritatis: quia inter cognitionem et volitionem similes rationis vel denominationis potest prioritas reperiri in creaturis: ut dicitur est: ideo quodammodo potest volitio esse ratio cognoscendi intellectui: et hinc est q. secundum modum nostrum concipiendi naturaliter procedendo a creaturis ad creatorem dicimus deum velle rationem esse intellectum diuino cognoscendi a. esse futurum et non e conuerso. Sed istud magis facit contra eius q. per eam si ipse hoc attribuat deo propter similitudinem in creatura a fortiori hoc ipse deberet concedere de creatura deus propter unum quodam tale et illud. et tamen illud ipse negat de creatura: quia in secunda parte correlarij dicit q. hoc non potest competere intellectibus creatis. iterum in creaturis sic est q. cognitio precedit volitionem: cum voluntas non feratur in in cognitum: ergo secundum suum modum loquendi procedendo ex creaturis ad creatorem magis videndum esset diuinum intellectum esse rationem volendi q. e conuerso quare. Tertio dicit q. ex predicto notabili patet quid dicit ipse per vel ipse propter: cum dicitur q. per vel ipse propter determinationem voluntatis respectu a. fore diuinus intellectus intelligit a. fore. dicit esse modum improprie causalitatis in talibus locutionibus apud doctores presertim: in quo venotat consequentiam unius ad aliud cum connotatione cuiusdam prioritatis vel presentie: que duo sunt de ratione cause respectu effectus. modo sequitur deus velle a. esse futurum igitur intelligit a. esse futurum et in diffinitiuam vel descriptiuam resolutionem ultimata eius quod est a. esse futurum. oportet tamen necessarium deuenire ad deum velle. Sed istud ultimam dicitur esse falsum: quia huius quod est a. esse futurum non est diffinitio vel descriptio cum sit oratio infinitiuus modi non supponens per aliquo. Iterum quia si eius esset aliquid distinctio vel descriptio: tamen in ea nullo modo includeretur deus velle

Principium

plus q̄ deū intelligere vel deū esse: imo plus q̄ dymera currere. vt p̄t̄z intuet̄. Nec oppositū sequitur ex dictis meis: vt ipse mihi sponit rē. Quarto r̄ndendo ad quartā rōem supradictā dicit q̄ s̄do volūtas diuina est ratio cognoscēdi diuino intellectui de a. esse futurū: q̄ necessario exigit ad eē futurū q̄ de? sit volūtas respectu hui? ex eo q̄ s̄nt hoc diuinus intellectus nihil est natus esse scire futurū. r̄ h̄ out̄ ex formali rōne habitudinis potētie volūtine ad intellectuā. sicut p̄t̄z cuiuslibet intuet̄i notabile p̄missū. Sed istud nō valet: q̄ de? est cognitio q̄ a. p̄t̄m̄ est futurū: r̄ t̄m̄ ad h̄ q̄ illud a. sit futurū nō est necessariū q̄ de? sit volūtas respectu hui?. cū fm̄ multos deus nō possit velle p̄t̄m̄. Iterū q̄ sicut diuinus intellectus nihil est natus esse scire futurū: nisi illud velit esse futurū: fm̄ eū. sic diuina volūtas nihil est nata velle eē futurū nisi illud sciat esse futurū: q̄re ex hac formali ratiōe habitudinis potētie volūtine ad intellectuā nō plus out̄ q̄ volūtas diuina sit rō cognoscēdi intellectui diuino q̄ eōuerso. Et sic pat̄z q̄ ipse non sufficēter r̄ndet ad rōnes meas. nec habeo r̄ndere ad ipsas. nec p̄t̄t applicare s̄ cāles q̄s̄ p̄cessi s̄t̄ cōtra sūm modū loquēdi vt ipse mihi sponit rē. r̄ hec dicta sint cū reuerētia. ¶ Ad sc̄dam dubitationē r̄ndet. ¶ M. tenendo p̄t̄ affirmatiuā. v̄i in p̄io principio posuit istā p̄clusionē: q̄ respectu futuri p̄tingētis a deo p̄t̄ humano intellectu noticia creata infallibilis cōitari. Sed s̄ hoc p̄bauit in p̄mo p̄ncipio meo triplici p̄positionē: s̄ ne oporteat singula re perere punctus nostre difficultatis p̄t̄ reduci ad triplicē rōem. Prima ratio fuit ista: q̄ ad h̄ q̄ aliqua noticia sit infallibilis. regitur q̄ nō possit esse falsa sed ois noticia creata iudiciaria respectu veri de futuro p̄tingētī p̄t̄ esse falsa. ¶ Itē sua p̄clusio est falsa. p̄ia p̄t̄z et aīis quo ad primā p̄t̄ p̄ qd̄ nomis: sed quo ad sc̄dam p̄t̄ p̄bat q̄ oē verū de futuro p̄tingētī p̄t̄ esse falsū: ergo ois noticia creata q̄ tale iudicat eē verū p̄t̄ esse falsa. p̄ia p̄t̄z r̄ aīis. q̄ non stat

q̄ noticia aliqua sit iudiciū falsū nō sit falsa. igit̄ rē. Ad istaz ratiōē alias respondet. p̄cedēdo maiōrē negādo minorem. et ad p̄bationē meā q̄n̄ dico q̄ oē verū de futuro p̄tingētī rē. p̄cedit aīis r̄ q̄n̄ infero. ergo ois noticia creata rē. negat p̄ias. r̄ dicit q̄ instātia ē de noticiā diuina. r̄ cū dico q̄ nō stat q̄ aliq̄ noticia qua assentit falso rē. p̄cedit de noticiā nē alias impugnant. Tū p̄mo: q̄ instātia quam dat ad p̄iam meā de noticiā diuina nō est ad p̄ositionē: in p̄ite ponitur noticia creata: vt excludatur noticia diuina. Tum secūdo. q̄ responsio sua ad p̄bationē p̄ne nō sufficit: q̄ certū est q̄ non stat q̄ aliqua noticia sit iudiciū falsū quin ipsa assentiat falso: et p̄sequens quin sit falsa. etiā fm̄ eū quare rē. Ad hec in quarto p̄ncipio r̄ndit. q̄ nō posuit illā instātia de noticiā diuina nisi ad ostendēdū q̄ non oportet q̄ ois noticia que est respectu illi? q̄ p̄t̄ esse falsū possit esse falsa. r̄ sicut hoc dicitur de diuina: ita p̄babiliter videt̄ sibi posse dici de noticiā creatā: ita p̄cedit q̄ licet nō stat q̄ aliq̄ noticia sit iudiciū falsū quin sit falsa. t̄m̄ bene stat q̄ sit iudiciū illius q̄ p̄t̄ esse falsū: r̄ nō pot̄ sit esse falsa: r̄ loquit̄ de noticiā creatā. Sed contra istā solutionē arguo sic. q̄ data quacūq̄ noticia creata q̄ fuit iudiciū q̄ antiq̄: istus erit. p̄bo q̄ sicut ipsa fuit iudiciū illius q̄ p̄t̄ esse falsū ita potuit eē falsa. Mā bene sequitur: hec fuit falsa antiq̄: ergo illa noticia creata qua assentiebāt antiq̄m̄ fore sit it̄ falsa. r̄ aīis est possibile ergo r̄ p̄ias. q̄ re sequit̄ q̄ illa noticia nō fuit infallibilis rē. ¶ Secunda ratio p̄ncipalis fuit s̄ sc̄dm̄ correlariū p̄cedite p̄clusionis in quo posuit q̄ fidelis q̄ ex fide infusa iudicauit vltimū iudiciū fore p̄t̄ esse falsū nō iudicasse. Unde p̄tra hoc arguebā sic: q̄ de nullo intellectu q̄ iudicauit antiq̄m̄ vel iudiciū fore cōcedendum est q̄ potest hoc nō iudicasse: nisi de illo de quo ista p̄ia est bona. iste intellectus sic iudicauit: ergo sic erit. Sed de solo intellectu diuino r̄ de nullo alio

In tertium sententiarum.

ista p̄ia est bona: vt p̄t̄z igit̄ rē. Ad istam ratiōem alias respondit. Et primo dicit. q̄ ista p̄positio nō facit contra correlariū suū q̄ posuit illud sic. vetula q̄ ex fide infusa iudicauit vltimū iudiciū fore p̄t̄ esse falsū nō sic iudicasse et ratio mea arguit q̄ non potest nō iudicasse quod nō negauit. Secundo dicit q̄ falsum est illud quod assumo in illa ratiōe sc̄z q̄ de nullo intellectu nisi diuino ista p̄sequencia rē. Nam fm̄ ipsum illa est bona de intellectu r̄p̄t̄ quia aliter falleret. Contra quā responsionem alias arguebam. Et primo p̄tra p̄mum dicit. q̄ quādo dicit q̄ vetula ex fide infusa potest sic nō iudicasse. vel intelligit q̄ potest sic nō iudicasse ex fide eo sc̄z quia fides potest non esse fides. r̄ tunc bene concedo. sed istud nō sufficeret ad saluandū istam fidem esse noticiā infallibilem. p̄ter q̄ t̄m̄ videtur ponere illud correlariū. vel ipse intelligit q̄ potest ex ea nō iudicasse. q̄. r̄ illa fides potest non fuisse iudiciū: r̄ tunc negare istud. q̄ sicut ipsa non p̄t̄ nō iudicasse sicut ipse videtur cōsentire. sic ipsa nō potest nō iudicasse per illud iudiciū. Secundo contra secūndū dicit. quia si de intellectu christi creato illa consequentia est bona. iste iudicauit antiq̄m̄ fore. ergo antiq̄m̄ erit. tunc ex opposito p̄sequens inferitur oppositū: aīcedēt. r̄ per p̄sequens sicut possibile est antiq̄m̄ non fore. ita possibile est aliam r̄p̄i non iudicasse antiq̄m̄ fore. Ad ista respondet in quarto principio. Unde q̄n̄ dico q̄ ipse intelligit: q̄ vetula ex fide infusa rē. vel q̄ fides p̄t̄ nō fuisse fides: vel q̄ fides p̄t̄ non fuisse iudiciū. respondet q̄ neutrum oportet ip̄m̄ dare. sed dicit q̄ hoc est q̄ potest non fuisse iudiciū illius. s̄ cōtra hāc ratiōem arguo sic. q̄ si illa fides p̄t̄ nō fuisse iudiciū illius cui? fuit iudiciū. sequitur euidenter q̄ p̄t̄ non fuisse iudiciū. Nam si potest non fuisse iudiciū illi? et de facto nō fuit iudiciū alicuius alterius nisi illius. sequit̄ q̄ p̄t̄ nō fuisse iudiciū. Mā omne iudiciū est alicui? iudiciū. et p̄ cōsequens sicut oportet dicere q̄ illa fides

non potest non fuisse iudiciū: ita nō potest non fuisse illi? cui? fuit. Māz vtrūq̄ est p̄teritū quōz neutriū plus dependet ex futuro q̄ reliquū. sicut p̄t̄z tunc: bet intuenti. q̄re. rē. ¶ Tertia ratio p̄ncipalis fuit p̄firmatio p̄cedētū in qua p̄bā q̄ ista affirmatiua de p̄terito sit vera. hec vetula iudicauit iudiciū fore. ideo hec negatiua de p̄t̄ribili nō est p̄cedenda. ipsa potest nō iudicasse. rē. Dico etiā q̄ hoc solū p̄cedendum est de deo p̄ter rōnes alias tactas. Si autē hoc p̄cederet de creatura p̄t̄ ratiōe sustineret q̄ creatura q̄ voluit a. potest non voluisse a. r̄ ille q̄ peccauit potest nō peccasse. r̄ sic q̄ p̄teritū potest non fuisse cōtra articulū. parit̄. rē. Ad ista respondet q̄ istud nō facit contra eū. quia ipse nō dixit q̄ vetula que iudicauit vltimū iudiciū fore: possit nō iudicasse vltimū iudiciū fore vt iam tactum est in p̄dicta ratiōe. rē. Sed s̄ istam ratiōem p̄ter ratiōes istā factam arguo sic. Nam ipse alias tactas q̄ fortes qui vidit aliquid in verbo potest illud nō vidisse sic deus p̄t̄ illud nō ostendisse. s̄ vidisse aliquid in verbo est aliquid iudicasse. q̄re. rē. Et hec dicta sint cū reuerētia de sc̄da dubitationē. q̄re. rē. Ad tertiā dubitationē alias respondit. tenēdo partē affirmatiuam sub triplici p̄positionē. Et contra plura dicta mea multip̄l̄ arguit magister Egidius i suis p̄ncipiis. s̄ ne oporteat. singula re perere cū etiā ad plura illoz̄ sat̄. I aliis p̄ncipiis sit responsum. Ideo hic solū causa breuitatis repetā pauciora. ¶ Itē inter alia posuit p̄me. dicitur magister istā p̄positionē. q̄ ista p̄ia nō valet. de? vult aliquid obligari. igitur illū iudicāte obligat. quā licet multip̄l̄ p̄bauerit. tamē ex tā copioso ratiōnū exercitū soluz̄ tres eligo fortiores. Prima igitur fuit ista. q̄ stat aliqd̄ a creatura potente obligare p̄cipi r̄ sic illud nō p̄cipi a deo igitur rē. p̄ia tenet vt dicit per descriptionē meam de obligari. r̄ aīis p̄bat. quia aliter ois obligatio esset de iure vltimo quod est falsum. quare rē. Ad hāc respōdi q̄ nō stat aliqd̄ a creatura

Principium

potēte obligare precepto precepto iusto et obligatio. et illud non precepti a deo ideo dicit christus loquens ad prelatos q possunt obligare subditos. Qui vos audit me audit. et qui vos spernit me spernit. Luce. 10. Contra quam solutionem ipse arguit. qz ipse ita solet. non tamen deus immediate precepti. et sic per distinctionem meam de obligari nō inmediate obligat. Item apparet sibi qz utendo de precepto sicut culibet videtur sonare. assumptum. est verum quia precipere ē aliquod modo imperatio subdito dicere. vel demonstrare. modo hoc est possibile de creatura: et non de deo. Item tūc omnis volitio esset preceptum. quod non videtur. pprie dictū. quis em̄ quolibz creato intellectu ignorante potest obligari. et tunc sibi nihil esset preceptum. igitur. rē. **S**ed hec facilliter et evidenter refelluntur ex illo quod dixi in declaratione tertię conclusionis p̄mi principij scilicet qz isti termini preceptum. prohibitio. consilium. rē. non solum supponūt pro diuine voluntatis extrinseco signo. sed etiaz proprius actu intrinseco. Unde iste terminus preceptum nō minus pprie supponit p̄ actu intrinseco diuine voluntatis quo precipit aliquid fieri. seu vult aliqd debere fieri qz pro signo extrinseco talis actus. et sic de alijs rē. Et ita si aliquis obligari. deus illum inmediate obligat. et illud quod obligatur inmediate precipit. precepto scilicet sue voluntatis intrinseco. id est actu quo vult tales obligari seu aliquid debere ab eo fieri. et per tale preceptum posset creaturas obligare absqz quocumqz precepto extrinseco siue a deo siue creatura dato. licet hoc nō faciat omniter sicut alias dixi rē. declara hec. et pone exemplum de cursu cause secunde rē. Secunda ratio. sua fuit hec que etiā in p̄ma ratione sua aliq̄ter tangebatur. qz nisi sua p̄positio esset vera. sequerē: qz oīs obligatio foret de iure diuino rē. Ad hęc respōdi. p̄cedēdo qz sicut est aliquod civile dominij quod non solet dici de iure diuino. ita etiam et aliq̄ obligatio. qz

fm modum loquendi omnem aliquam obligatio vel aliquid dominij nō dicit de iure diuino. qz sit a deo approbante. Nam sic quilibet dominij esset de iure diuino. sed ex alia radice hoc dicit. qre rē. Contra quā responsionē ipse arguit qz ipse habet ad minus qd ego p̄trahis. eo modo loquendi etiā sine ratione cogente. et ultra p̄cedit mihi qz nō dicit obligatio diuina qz p̄tate a deo approbante. sed qz ab eo obligante vel ab eius lege. et illa est propria virtus sermonis. ex quo quod nominis concessio p̄cedēti infert quod est aliqua obligatio vel sibi alia causa quare obligatio aliqua datur esse ab aliquo. Sed hec omnia negō sibi. et ratio p̄z et his q̄ dixi in declaratione secunde p̄positionis tertię p̄clusionis p̄mi principij vbi distinctiones p̄ sui designis diuine voluntatis obligatorij quoz quedaz sunt naturalia seu naturaliter habita. de quibus apostolus Roma. 2. Hentes que legē non habent naturaliter que legis sunt faciunt. rē. Alia sunt supernaturalia siue supernaturaliter data. sicut esset lex moysi vel christi. aut alia que eius signa diuine obligationis diuinitus inspirata. De quibus loquit apostolus 2. Petri. 1. Sp̄s sancto inspirati locuti sūt sancti dei homines rē. Dico ergo qz aliqua obligatio dicitur de iure diuino. non qz sit a deo approbante vel obligante. quia sic quilibz esset de iure diuino. sed quia talis innotescit nobis per signa supernaturaliter et diuinitus inspirata sicut per scripturam legis christi vel Moysi. Et sic Bracianus distinctione. i. vocat ius diuinum qd in lege. vel in euangelio continetur. Et sic p̄z qz ipse male mihi imponit qz ego dīco mō loquēdi sine ratione. qre rē. **T**ertia rō fuit. qz multe sunt iniuste obligationes et q̄ sunt peccata in eē obligatiois. ergo de illis minime obligat. Ad hanc respōdi qz nihil iniustum seu peccatum est lex obligans sicut dixi in primo principio. Sed cōtra hoc ipse arguit quia stat qz aliqua creatura se obliget alicui: et in se obligando. peccet. nā stat ipsam se obligat

In quartum sententiarum

re deo prohibente: quo dato illius obligatio erit peccata: unde arguit sic. Deus nullū obligat obligati de q̄ illi solet peccati: sed stat qz aliqua obligatio sit creatura peccata: ergo stat esse obligationē q̄ deus immediate non obligat. Sed hic dico qz illa p̄positio scz stat creaturam obligare deo. phibente est irrucata. Et vult p̄ter p̄ter intelligi: qz vel ipse intelligit qz creatura p̄t se obligare ad aliqd faciendū deo. phibente ne illud fiat: et ad istū sensum faceret ad p̄positū: sed ego nego. vel intelligit qz pot se obligare ad aliqd deo. phibente ne se obliget ad illud: adhuc istud ego nego: quo tū p̄cesso adhuc nullū sequerē inconueniens cōtra nō. nā solū sequerē qz deus vellet aliq̄ obligari ad aliqd ad qd ille seipm obligaret obligatiōe q̄ est sibi peccata: et deus illū obligaret obligatione q̄ esset actus intrinsecus sibi: hoc est p̄ suū diuinitū vel obligatorij: nec istud videt impossibile: qre rē. Ad alias aut rōnes satis arbitror fuisse responsū. sed magis mecum nihil ridet ad rōes quā feci p̄tra p̄dictā p̄positionē: p̄bādo qz illa p̄na sit bona quā negat: qz si nō: tūc oppositū p̄ntis statet cū ante: et sic statet qz deus vellet aliq̄ obligari: et tū illū immediate nō obligaret: qd est falsū: qz sicut nō statet qz deus vellet aliqd fieri et tū illū immediate nō faceret. aliter em̄ diuina voluntas nō esset immediate efficax oīm q̄ vellet esse vel fieri. ita in p̄posito. qre rē. Et hec cū reuerentia de tertiā rē.

Adenā doctrina becc noua. Ista questio. mouetur Marti. 1. cap. quā alias in eiusdem libri principi

pio et similiter in primo sententiarum exordio p̄ me assumptā p̄hemate iterū nūc resumo. Reuerēdi patres magistri ac vni carissimi sicut diuini testimonij edocemur. Eū ex primoz p̄tētū lapsu miserabili per peccatū humanū genitū multas incurrerit miseras et multiplicia vana receperit. tū vt de ceteris taceam quattuor specialiter incomoda

ipm videre possumus incurrisse. Primo moriendi necessitate inuitabilem. Secundo peccandi infirmitate miserabilem. Tertio exulandi egestate lamentabilem. Quarto mendicandi paupertatem despicibilem. Peccauit em̄ adam et hinc factū est: vt homo qui manere poterat immortalis stipendia mortis acciperet. Ecce v̄ n̄ hōi moriēdi necessitas. Peccauit adā et hinc factū est vt homo qui fortis esse poterat infirmus fieret. Ecce vnde homini peccandi miserabilitas. Peccauit adā et hinc factū est vt hō inferni reciperet incolatū: et infelici paradisi cōmercio cōmutaret. Ecce vnde homi exulandi egestas. Peccauit itaqz adā: hinc factū est vt terra suos sp̄te fructus offerre parata: et q̄ (vt verbo Virgilij vtar) oīa libertus nullo possēte rebar. nūc sterilis laboris vomere in sp̄nas et tribulos fecit. Ecce vnde hōi mēdicādi paupertas. Sic igitur pro dolor hō prius viuus vocat: vigore postea factus est mortalis feminis. Hinc est illud p̄ vni hōiem in hunc mundū peccatorū intravit: et per peccatū mors. Ro. 5. Homo prius sanus et sine langore postea factus est debilis et infirmus. Hinc est illud. Miserere mei dñe quia infirmus sū sana animā meam: qz peccauit tibi p̄. Homo prius ciuis vallatus honore. postea factus est exul et peregrinus. Hinc est illud. Miserere mei: qz incolatus meus prolongatus est p̄. 119. Homo prius diues et sine labore postea factus est pauper et mendicus. Hinc est illud. Pauper sū ego et in laboribus a iuuetute mea. ps. 87. Ad denis igitur videtur carissimi videtur pro dolor hōis miserabile lapsus. Sed tunc quies de reparatione lapsi inuestigare non pigeat. Queramus itaqz et vultū gēter inquiramus doctrinā illam salutarem in qua tractetur de vita mori: de salute firmi. et reditu exilio. de causa pauperis. Queramus igitur inter doctrinas humanitas adiunctas si forte in eis illa poterit inueniri. Interrogemus philosophos et medicos: pollicentur et caudicos consulamus. Et p̄ca culdubio vidēbimus ipsos non posse

nostre satisfacere q̄stioni. Inueniē⁹ siquidē q̄ de vita mortui desperat p̄bi sci. de salute infirmi formidat medici. de reditu exulis silent politici. d̄ causa pauperis tacet caudicia. Ab his itaq; proflus consulo recedendū r̄ de nostre solutiōe questōis nihil penit̄ ingren- dū. hoc quippe nimis arduū ē negociū r̄ nō nisi altiori expeditendum consilio.

Queramus igit̄ dilectissimi queram⁹ inter doctrinas nō humanit̄ sed diu- nitus inspiratas. Et primū ad diuinaz illā sed antiquā doctrinā moysi recur- ramus. Sane inueniem⁹ eā cōtra p̄mis- sa hoīs incōmoda salubria promittere remedia. pmittit em̄ mortuis adiuto- riū. viuificabit nos inq̄ post duos dies r̄ in tertiā die suscitabit nos uiuē⁹ in conspectu ei⁹. *Dee. 6.* Promittit infir- mis sanatorū. Sanabo inquit cōtritiō- nes eor̄ r̄ diligaz eos spontaneē. *Dee. 14.* Promittit exulib⁹ refugium. Edu- cam inquit oues meas de orbis pplis r̄ congregabo eas de vniuersis terris. r̄ inducāz eas in terrā suam. *Ezech. 34.* Inducāz eas in terrā suam. *Ezech. 34.* Liberabit inquit d̄ns pauperē a potē- te r̄ pauperem cui non erat adiutor. *ps. 71.* Promittit ergo antiq̄ doctrīa moy- si s̄ nō p̄ficiat q̄ pmittit. r̄ si ad eas p̄- cit nō t̄n efficit nec ea sufficit adimplere. Quā vt docet ap̄ls lex illa moysi nemi- nē ad p̄fectuz adducit. Iusticie aut̄ dei per fidem iesu xpi in oīs r̄ super oīs qui credunt in euz. *Heb. 7.* Ideo dimis- sa antiqua doctrina moysi ad nouā xpi doctrinam veniamus. Recurrā⁹ igit̄ carissimū ad nouā doctrinā d̄nū r̄ cer- te inuenimus eam p̄dicta remedia non solū pmittere sed perficere. nō soluz p̄ ferre, s̄ offerre. Nam hui⁹ doctrine no- ue sumim⁹ doctor r̄ magister xps tanq̄ immēsus deus mortuos suscitāt. tanq̄ medicus pius infirmos visitat. tanq̄ cō- ductor rectus exules reuocat. tanq̄ de- fensor equ⁹ paupes puocat. Audiam⁹ itaq; hunc doctorē ac magistrum noue legis euangelice de vita mortui. de sa- lute infirmi. de reditu exulis. de causa pauperis docentem salubriter ac fide-

liter informantem. Non desperet in- quit mortuus in exitu suo. Ego suz im- mensus deus mortuos suscitans. Ego inquit suz resurrectio r̄ vita. qui credit in me etiā si mortuus fuerit uiuet. *Jo. 11.* Non trepidet infirm⁹ in morte suo. Ego sum medicus pius visitans infir- mos. Ego inquit missus sum sanare cō- tritos corde. *Lu. 4.* Non formidet exul aut peregrinus in via sua. Ego suz con- ductor rectus exules reuocans. Ego in- quit sum via r̄ nemo uenit ad patrem nisi per me. *Jo. 14.* Non desinet pau- per aut medicus in sua causa. Ego suz defensor equus pauperes conuocans. Ego inq̄ missus sum euāgelizare pau- peribus. *Lu. 4.* Hec sunt ergo dilectis- simi hec sunt que xpus in doctrina sua noua in lege euangelica predicat r̄ doc- cet. que si bono diligēt̄ consideret sa- ne in admirationē rapitur r̄ in admira- tiōe. Ad istud quē cogit̄ prolixer ver- ba dicens. Que nā doctrina hec noua. Que fuit questio vestris p̄posita reue- rentijs a p̄ncipio. **B** Ad quam quidē questioez sicut alias dicebatur magister sententiarū in quadripartito huius libri volumine sub quadruplici cōclusionē respondet. Prima est q̄ hec est doctrina per quā summa dei miste- ria secretius reuelantur in p̄mo. Secū- da est q̄ hec est doctrina per quā noua mundi vestigia subleu⁹ declarantur in secundo. Tertia est q̄ hec est doctrina per quā mira uerbi cōmertia sublimi⁹ referant̄ in tertio. Quarta est q̄ hec ē doctrina p̄ quā pia lapsi remedia sua- nius xp̄nantur in quarto. Per ipsam nāq; reuelātur secreti⁹ uelata misteria summe trinitatis quo ad p̄mū. Per ipsam declarant̄ subtilius creata vesti- gia noue entitatis quo ad secūdu. Per ipsam referant̄ sublimi⁹ sacra com- mercia mire charitatis quo ad tertiu. Per ipsam xp̄nant̄ suauis oblata re- media pie sanitatis quo ad quartum. Nā in hoc quadripartito sententiarū libro tractat magister quadruplex doc- trine xpi noue r̄ euāgelice legis archa- nū euāgeliste iohanni diuini⁹ inspi-

ratum. Primum est. in p̄ncipio erat uerbu r̄ uerbu erat apud deum r̄ deus erat uerbu. q̄s est uere trinitatis sum- mū misteriu. in primo libro. Secundū est q̄ oīa per ipsum facta sunt r̄ sine ip- so factū est nihil. q̄s est create creaturatis nouū uestigiu in secundo libro. Ter- tiū est q̄ uerbu caro factū est q̄s est di- uine charitat̄ mirū cōmertiū. in tertio libro. Quartum est q̄ habitauit in no- bis. r̄ uidimus gloriā ei⁹. q̄s est huma- ne sanitatis piū remediū in q̄rto libro. Sic igit̄ per hanc doctrinā altius eri- git̄ human⁹ p̄fect⁹ quo ad p̄mū. Dul- ci⁹ instruit̄ hūan⁹ aspect⁹ quo ad secū- dum. Rectius dirigit̄ human⁹ p̄fectus quo ad tertiu. Diuini⁹ corrigit̄ huma- nus defect⁹ quo ad quartū. Nāz in hoc sniarum libro correspondenter ad p̄- missa. Ad erigendū p̄fectū hoīs agit de cognitione dei perfecti luminis in p̄- mo. Ad instruendū aspectū hoīs agit de creatione mundi perfecti germinis in secundo. Ad dirigendū p̄fectū hoīs agit de cōiunione uerbi effecti numi- nis in tertio. Ad corrigendū defectum hoīs agit de curatione lapsi infecti se- minis in quarto. Hec sunt igit̄ q̄rtoz cōclusiones ad p̄positam questionem respondentes quas magister sniaz p̄ra- ctat. De quartū quarta nūc solū dicēdū est. expeditis alijs suis locis. Quarta igit̄ conclusio est hui⁹ q̄rto libro sen- tentiarū correspondēs q̄ hec est doctri- na p̄ quā pia lapsi remedia suau⁹ pro- p̄nant̄. Per eam nāq; xp̄nant̄ suau⁹ oblata remedia pie sanitatis. Nam in hoc quarto sniaz libro tractat mag⁹ il- lud doctrine xpi noue r̄ euāgelice legis archanū euāgeliste iohanni diuinitus inspiratum. *Jo. 1.* Habitauit in nobis r̄ uidimus gloriā ei⁹. q̄s est humane san- tatis piū remediū. Ubi q̄so uidete ca- rissimū circa remediū pie sanitatis q̄- tuor suau⁹ xp̄nari. Primum est diuina benignitas que habitauit in nobis sez per granā. Secūdu est curata infirma- tas que erat in nobis sez p̄ culpā. Ter- tiū est restaurata sanitas quia uidimus qui p̄mo ceci eramus. Quartū est colla-

articulo qstionis statim post distictio nem vñs t fructiois. Ad tertia. quē quid sit de ante patet ex tertia p ditione q ratio p dicit verū. igitur etc. Ad quartā factā post oppositū questionis patz ex tertia p ditione q vtraz pars ams est neganda: tñ respōdēdo ad for mā tituli qstionis ex supra vicis quat tuoz patet. Primā est q aliud a deo po test esse fructiois obiectū. s. fructiois inordinatē. Secūda est q aliud a deo pōt esse etiā ordinatē fructiois obiectū scz fructiois que est vñs etc. Tertium est q solo deo est fruendū. i. obiective. Quartū q hoc no est nobis euidenter notū. scz pro statu vie. Sic igitur patet respōdēdo ad quesitū fm intentionē tituli qstionis. Et hec de secūdo articulo pncipali. Quantum ad tertiū articulo mouēde sunt t soluēde tres dubitationes circa materiam qstionis. Prima est vtrū rōnalis creatura pos set frui essentia diuina no fruendo aliq persona vel etiā vna psona no fruēdo alia. videt q sic qñ no magis repugnat essentia diuine terminare actū fruendū sine persona vel vni psona sine alia q ipsi psona repugnat terminare depēdē tiā nature assumpte sine essentia: vel si ne alia psona. igitur cū psona filij ter minet dependētiā nature assumpte si ne cōtra vel sine alia psona. seqtur etc. Oppositū videtur: qz no est nisi vñū ob iectū quo licite est fruendū: igit no stat frui ipso nisi fruēdo oim illo qd est ipz. Secūda dubitatio est vtrū rōnalis crea tura teneat magis diligere vñā perso nā diuinā q aliā. videt q sic. qz teneat diligere filij: qz redemit ipam t qz pas sus est p ipā. t no sic teneat diligere pa trem. igit magis etc. Oppositum videt oēs psona diuine eā bone sunt t euidē bonitatis. igit eque diligēde etc. Terti dubitatio est. vtrū rōnalis creatura licite diligit deū ppter aliqd aliud ab ipso t non pte. ppter seipm. videt q sic. qz aliqs licite diligit deū: qz creatur et redemit ipm et ppter sua beneficia: et ppter suā retributionē. An pñ. In dclinaui cor meū ad faciendaz iustitiaz

Tercia articulo

Primi sententiarum

tionem tuam propter retributionem. Pro-
 fitu videtur: quod hoc est verum deo quod est illi
 tu. sicut propter quod unumquodque tale et ipsum
 magister. Ad primam dubitationem teneo
 contra scotum: et pono quatuor propositiones. Pri-
 ma est quod nulla rationalis creatura siue
 in via siue in patria potest cognoscere vel
 diligere divinam essentiam non cognoscendo
 vel diligendo quolibet personam. Probatur:
 quod nunquam de eadem re seu de terminis sup-
 ponitur: pro eadem re debet credi con-
 tradictoria: nisi hoc habeat ex scriptu-
 ra sacra: vel ex determinatione ecclesie vel
 ex talibus inferatur. cum igitur eadem res sit essen-
 tia et persona non est credendum quod aliquis pos-
 sit cognoscere vel diligere essentiam et non per-
 sonam cum hoc non habeat aliquo predictorum
 modorum. Maior pars: quod cum difficillimum
 sit intelligere predicta verificari de ead-
 dem re: hoc non est ponendum nisi solum ubi
 fides cogit. Item. Secunda propositio est
 quod nulla rationalis creatura siue in via
 siue in patria potest cognoscere vel dilige-
 re unam personam non cognoscendo vel diligen-
 do quolibet personam divinam. Probatur
 per illud dictum christi. Joh. 14. Qui videt
 me videt et patrem. Et si videt quod istud pro-
 cedat de facto: non de possibili. tunc sequitur
 quod ista persona christi non valuit: quod autem pot-
 esse verum siue prout. Sicut hoc est contra ex-
 positionem Augustini. 1. de tri. ca. x. dicitur
 quod neuter sine altero ostendi potest. Item
 probatur fortius quod sequitur. pater dili-
 gitur ergo essentia diligitur. sicut pater: et per
 primam propositionem et eius probationem.
 Et similiter bene sequitur. essentia diligitur
 ergo filius diligitur: sicut pater per idem.
 ergo sequitur. pater diligitur: ergo filius. Item.
 Tertia est quod aliqua rationalis creatu-
 ra in via potest assentire se cognoscere
 vel diligere divinam essentiam non assenti-
 endo se diligere vel cognoscere. imo as-
 sentiendo se non cognoscere: vel dilige-
 re aliquam divinam personam: patet de
 phis: qui non cognoverunt trinitatem per
 sonarum: et de hereticis qui credunt non esse
 tres personas: et tamen cognoscunt: et
 etiam diligunt vel credunt se cognosce-
 re et diligere divinam essentiam. Et intelli-
 go predicta de cognitione et de dilectione

ne que de per se terminatur ad divinam
 essentiam vel personam tantum ad obiectum per
 primum. Pro quo sit quarta propositio quod
 rationalis creatura in via potest cognoscere
 re et diligere per accidens unam personam divi-
 nam non cognoscendo vel diligendo aliam
 nam. Pars: quod aliquis potest cognoscere huma-
 nitatem christi non diligendo patrem aut spiri-
 tum sanctum. Item. Probatur potest diligere se-
 cum non diligendo patrem aut spiritum sanctum.
 Consequenter tenet propter com-
 municationem idiomatum. Item. Ad
 causus declarationem distinguendum est:
 quod viatorem frui una persona sicut per-
 sona filii vel eam diligere aut cognoscere
 potest intelligi dupliciter. Uno modo pro-
 pter quia talis persona est ens vel obie-
 ctum talis fructiois de per se. Alio mo-
 do potest intelli: ligi viatorem diligere si-
 lum dei per accidens. scilicet per com-
 municationem idiomatum: quod scilicet ob-
 iectum sue fructiois vel dilectionis est
 humanitas unita filio dei propter quam
 unionem hoc est concedendum. Item. Dilige-
 git filius dei sicut passio illata humani-
 tati est causa quare concedimus quod filius
 dei est passus: et isto modo potest credi
 quod aliquis potest diligere unam personam
 non diligendo aliam. vel etiam non diligendo
 essentiam: quod predicata que sic conveniunt pers-
 one vite humane nature: per communica-
 tionem idiomatum possunt negari ab alia
 persona. Et similiter ab essentia. sicut com-
 munitate conceditur quod filius est incarna-
 tus et passus et non pater: nec etiam es-
 sentia secundum aliquos. Si ergo aliquis dilige-
 ret humanitatem christi et odiret de-
 um. Patet propositum et secundum istum mo-
 dum loquendum essentiam concedere alicuius pro-
 positiones mirabiles. Prima est quod stat quod
 aliquis diligit deum super omnia et tamen
 eadem dilectione mortaliter peccat. Pa-
 tet: quod ponatur quod aliquis delectetur in
 humanitate christi et fruatur ea. seu dis-
 ligat super omnia necessitas quod est assumpta.
 tunc iste mortaliter peccat: quia fruatur
 creatura. scilicet hac humanitate: et tamen eas-
 dem dilectione diligit deum super omnia per
 communicationem idiomatum: ut patet
 Item. Sed contra: sequitur. Item. Fruatur

Questio secunda

tur hac humanitate. ergo diligit eam
 plus quam deum. quod diligit eam super omnia alia
 ab ea. ergo per communicationes idiomatum
 diligit deum plus quam deum. et pari ratione iste
 essentiam concedere. Unde oderit deum
 plus quam deum. et viderit deum clarus quam vi-
 derit deum. Et pari ratione Maria minus
 dilexit filium quam dilexit spiritum sanctum. quod mi-
 nus dilexit humanitatem filii quam spiritum san-
 ctum. imo sequitur quod deus minus diligit se quam
 diligit se. quod filius minus diligit humanita-
 tem suam quam diligit se. Item. si oia predicata
 que conveniunt nature sic vite conveniunt
 etiam filio dei per communicationes idiomatum hoc
 predicatum minus diligit a filio. quam filius diligit
 a se: conveniunt filio. Et similiter hoc esset
 concedendum. ipse vult quod minus diligitur eum
 quam diligitur eum. quod vult quod minus diligitur
 minus suam humanitatem quam diligitur eum. scilicet
 dilectione ordinata. Item. Ad ista
 possit dici sequendo via predicta quod non est
 maior ratio que sit coactio idiomatum
 in istis predicatis tangit. penit. crucifigit
 et in istis fruatur. diligit. cognoscitur. id
 procedentem predicte propositiones. Non enim vi-
 det inconueniens concedere quod deus minus vi-
 ligit se quam diligit se. sicut concedit quod deus
 minus diligit se secundum naturam humanam quam
 diligit se secundum naturam divinam. et sic de
 alijs. Alio modo si hoc via non placet pot-
 est dici quod multa predicata sunt que conveniunt
 nature humane. que non conveniunt filio
 dei sicut natura humana est unita filio
 dei non filius. Similiter natura humana
 est creatura et est realiter distincta ab es-
 sentia divina et inceptus esse. et tamen non filius
 sed sufficit sanctus quod natura humana com-
 munitate idiomatum. proprietates natu-
 re humane sicut nasci de muliere sitire
 esse. mori. Item. non sic autem in istis fruatur
 diligit. cognoscit. Item. Sed quod iste modus dicitur
 di videt oino voluntatem. prima via videtur
 probabili. Ideo secundum illam via sit secunda
 propositio. quod stat quod aliquis odiat deum: et
 tamen eodem actu mereatur. Pars: quod ponatur
 quod aliquis odiat humanitatem christi. ne-
 scitis ea esse humanitatem christi. sed credens
 ea esse humanitatem alicuius alterius hominis
 mali. propter hoc odiat eam deceptus erro-
 re invariabilis: sequitur propositum. Tertia

est. quod stat quod aliquis simul et semel eadem
 re fruatur et vitat merito. Pars. quis
 ponat quod aliquis diligit deum super omnia
 et talis videatur christi necessitas tamen
 ipsum esse christum. sed credens eum esse petrum
 quem diligit propter deum. sequitur propositum
 arguendo expositio. Item. Quarta est quod
 stat quod aliquis sit et semel eadem re fruatur
 merito. quia odit merito. patet. quod
 ponat quod aliquis summe diligit christum et
 non videt ipsum nec sciat ipsum discernere
 re ab alio: tamen odiat iudam quod perdidit christum
 tunc occurrit sibi iudas et credit ipsum esse
 christum deceptus errore invariabilis. sequitur
 propositum arguendo expositio. Ex istis
 ergo patet veritas quartae propositionis
 principalis: et intellectus prime et secunde
 sicut patet in textu. Sed contra
 prima propositio principalis arguitur
 sic. quod quoniam unum non est de intellectu al-
 terius non est inconueniens unum intelligi sine
 alio. sed persona divina non est de intellectu
 quidditativo essentie divine. igitur non est
 contradictio quod essentia divina intelligatur
 non intellecta persona. Item. Item.
 Secundo alius est conceptus essentie:
 et alius est conceptus persone. igitur est al-
 quis conceptus essentie qui non est conceptus
 persone. et ita contradictoria verificantur de es-
 sentia et persona quantum sunt una res.
 Tertio phis habuerunt aliquam cognitio-
 nem de deo et divina essentia: sed nullam
 penitus de persona. Item. Probatur non obstante
 identitate deitatis persone divine aliquid
 affirmatur de deo quod negatur de persona
 Quarto contra secundam propositionem. quod
 quis idem non possit affirmari et negari: de
 eadem re non tamen est inconueniens ali-
 quid vere affirmari de una re et vere ne-
 gari de alia. Item. Probatur quicquid sit de es-
 sentia et persona que sunt eadem res tamen
 possibile est quod cognoscatur et diligitur affirma-
 rent de una persona et negentur de alia. Ex
 quo sit distincte res. Item. Ad ista responde-
 tur. Unde ad primam potest dici quod quando
 aliquid non est de intellectu alterius nec
 idem realiter eum illo potest tunc intelli-
 gi alio non intellectu. non sic autem in pro-
 positum. Item. Tamen potest hic distingui quod al-
 quid esse de intellectu alicuius potest intelli-

Primi sententiarum

et dupliciter. Alio modo quod non potest intelligi nisi illo intellecto. et sic persona est de intellectu quidditativo essentiae. Alio modo quia est pars eius vel constituens ipsum et sic persona non est de intellectu essentiae non tamen potest essentia intelligi sine persona propter idem rationes realem essentiae et personae. Et similiter de persona.

Ad secundam dicitur quod omnis conceptus essentiae est conceptus personae et e converso. tamen aliquid conceptus primo dicitur de essentia quod de persona. Et ratio est. quod est aliquid quod vere dicitur de eo illo de quo dicitur essentia divina et de nullo alio. et tamen non sic respicit aliquam personam. quod dicitur de aliquo de quo non dicitur illa persona. sicut esse sapiens. est creaturam. et hinc dicitur quod primo conceptus essentiae et non personae. Non enim esse creaturam primo conceptus patri. quod conceptus filio quod non est pater. Si vero dicitur quod ista responsio destruit rationem prime propositionis. quod hic vere aliquid affirmat de essentia. quod vere negat de persona. sicut dicitur quod essentia primo conceptus aliquid conceptus. et patri non conceptus primo ille idem conceptus. Hinc dicitur quod ista affirmatio et negatio debet procedi. quod sequitur evidenter ex illis quod fide tenemur. quod eo ipso quod fide tenemur quod deus est creatura et quicquid est deus est creatura. scilicet quibus persona divina. etiam hoc tenemur. quod pater non est filius evidenter sequitur quod iste conceptus primo conceptus essentiae. et non patri. quod primo conceptus alicui est conceptus re ipsi et nulli alteri. nisi de quo ipsum verificatur conceptus autem non primo est conceptus alicui. et tamen cum hoc conceptus aliquid de quo ipsum non verificatur. Et ita si esse conceptum alicui est representare seu significare aliquid. et non aliud concludendum esset quod aliquid est conceptus personae qui non est essentiae. quod est aliquid conceptus personae qui potest conceptus vni personae et non alteri. et per consequens non est conceptus essentiae ex quo non vere conceptus est de quo dicitur essentia. **BB**

Ad tertiam dicitur quod quicumque cognoscere habuerit phi de divina essentia. habuerunt etiam de persona. phi non habuerunt cognitionem de divina essentia. nisi habuerit aliquos conceptus simplices commu-

nes deo et creaturis. vel conceptus proprios negatiuos et cognitiuos. sed omnes tales conceptus ad quos poterunt phi devenire et quibus conceptus autibus personae sicut divinae essentiae. cuiusmodi sunt tales immateriales. summi. eterni. sapiens. etc. Dico tamen secundo quod hoc non obstat phi poterit scire tales propositiones deus est immaterialis. summi. eternus. et non istas. deus est trinus et unus deus est pater. filius. et spiritus sanctus. et hoc modo dicitur communiter quod poterunt naturaliter cognoscere divinam essentiam. et non trinitatem personarum etc. Tertio dico. quod loquendo de virtute finem sicut conceditur quod ex puris naturalibus phi divinam essentiam cognoverunt. ita procedendum est quod trinitatem personarum cognoverunt. sed non cognoverunt trinitatem personarum. id est. deus esse tres personas. Quarto dico quod stat quod aliquid trinitatem personarum cognoscatur et videtur tamen non cognoscatur de trinitate personarum cognoscere aut diligere. imo creditur oppositum. scilicet de trinitate non cognoscere et eam odire etc. Patet clare. vni apparet quod aliquid consequentia non valet. et tamen non stat quod aliquid assentiat antecedenti illi quod assentiat consequenti. Propter de ista de us trinus et unus cognosco. ergo cognosco deum trinum etc. Ad quartum dico quod non est procedendum aliquid vere affirmari de aliquid re. et vere negari ab alia re. quod tamen est una res numero simplicissima et una res singularissima est quilibet illarum rerum nisi ubi fides compellat. modo in proposito quod pater et filius distinguuntur realiter. est una res simplicissima est pater et filius. et ideo quicquid vni conceptus conceptus alteri. nisi ubi fides cogit dicere oppositum. sic autem non est hic. imo magis procedit propositum. **MA** Augustinus primo de trinitate. c. 10. ex idem ratione patris ad filium probat quod vni sine alio offendi non potest simpliciter in diversis locis ex idem ratione ipsorum. probat quod neuter creat sine alio. **BB** eodem modo probabit quod neuter sine alio potest intelligi etc. Ad argumentum principale dico quod propter repugnantiam essentiae divinae terminare actum intelligendi sine persona et repugnant vni personae terminare dependentiam nature

Questio secunda.

assumptae sine alia. sicut secundum beatum Augustinum plus repugnat vni personae creatae sine alia quam incarnari sine alia. Dico secundo quod non est nobis evidens quod sit maior repugnantia hic quam ibi. nec ista repugnantia potest concludi ratione naturali. unde de clauso articulo fidei per nullam rationem potest probari. quod vna persona potest incarnari sine alia plus quam possit probari quod vna potest creare sine alia et ita in proposito. Dico tamen tertio quod vni est tenendum et aliud non. Et si queratur viioco stat ad hoc dico quod per scripturam sacram et determinationem ecclesiae et non aliunde.

Dico quarto et hoc sequitur ex predictis. Quod probabiliter potest concedi divinam essentiam terminare dependentiam nature assumptae patris per rationem supra factam cum non cogatur fides ad oppositum ut videtur. Sed de hac materia v. dendum erit in tertio libro. **BB** de prima dubitatione. **BB** de secunda dubitatione respondeo. et pono quatuor propositiones. Prima est quod nulla rationalis creatura tenetur magis diligere unam divinam personam quam alias. Patet quia eadem est bonitas omnium propter quam deus rationalis creatura eas diligere.

Secunda est. Quod nulla rationalis creatura posset sine licite sine illicite magis diligere unam divinam personam quam aliam. patet ex dictis in prima dubitatione. quod quacumque dilectione diligitur vna diligitur alia. et loquor de dilectione que terminatur de perse. et non de per accidens ad personam divinam etc. Tertia propositio est contra aliquos quod nulla rationalis creatura propter aliquam causam tenetur diligere unam personam divinam propter quam non tenetur diligere alias. Oppositum dicunt aliqui propter rationem factam proponendo dubitationem. quod diligo filium. propter hanc causam quia redemit me. et non diligo patrem quia redemit me etc. Sed ratio non valet quia licet non diligatur patrem quia redemit me vel quia passus aut mortuus est pro me. tamen eadem causa qua diligo filium. quia scilicet filius redemit me. quia passus etc. diligo similiter patrem. et spiritus sanctus

quod filius redemit me. quod quantum operatus est filius ad redemptionem tamen illi operati sunt. et sic non valet ratio. Probat ergo propositio. quod sequitur bene propter hanc causam diligo filium. ergo propter eadem causam diligo spiritus sancti. et similiter patrem. **BB** tur etc. consequentia tenet. et antecedens patet. scilicet quod illa ratio sit bona per illa que dicta sunt in secunda dubitatione.

Quarta propositio est. quod non obstantibus predictis illa eadem causa. propter quam rationalis creatura diligit qualibus personam divinam. per diversas propositiones causales exprimitur in comparatione ad aliam et aliam personam. Patet. quia vere dicitur diligo filium quia ipse redemit me. et non diligo patrem. quia ipse redemit me. sed quis filius redemit me. Et hoc probat ratio etc. **DD** Ad tertiam dubitationem sunt diversi modi dicendi. Unde dicit unus doctor. scilicet magister Gregorius

Quod omnis actus quo aliquis diligit deum propter aliquid aliud a deo est illicitus viciosus et abusivus. Et ad hoc facit plures rationes contra viam sancti doctorum. qui tenet oppositum. sed eas causa brevitatis dimitto. videat eas qui vult. **BB** q. vii. p. m. ar. 2. Ad auctoritatem autem psalmiste supra inductam respondet. quod ibi ly propter non tenet causaliter ita quod retributio sit causa finalis dilectionis vel iustificationis. sed consequentive ita quod iustificationes illas sequitur eterna retributio. et sic actus dilectionis dei consequitur retributio premium. sed non debet fieri propter intuitum premium secundum Bernardum. de vili gendo deus. non sine premio inquit diligitur deus. et si absque intuitu premium diligendus sit. Et eundem sensum habet glossa ibidem. Sed quia videtur mihi quod iste modus dicendi non evincat totaliter difficultates. Ideo contra hoc probabiliter dicam aliqua. Unde promitto istas distinctiones. Quod hoc dicitur propter quandoque capitur consequentive et tunc de notat ordine dilectionis vnius rei ad aliam. ut cum dicitur premium datur propter meritum. Nichil enim aliud significat nisi quod post meritum datur premium. et non nisi post meritum sic alias patebit in materia

Primi sententiarum

de merito. Quoadq; vero capit causa-
liter. et hoc dupl'r. qz quicq; denotat cau-
salitatem motiua siue efficientem. vt cu bz
intellect' assentit' p'clusioni p'pter eui-
dentia p'missarum. Quoadq; x'o deno-
tat causalitatem finale vt cu dicit' creatu-
ra diligenda e' p'pter deum. De p'ma aut' si
gnificatioe no est h' difficultas. Sed b'
alijs pono quattuor p'positiones. P'ma
est q' nulla roalis creatura licite vi-
ligat deum p'pter aliqd aliud ab ipso tan-
q' p'pter causas efficietes motiua p'fiaz
aut p'ncipale. Patet. qz in omni dilectio-
ne licita respectu dei. p'ncipalis causa
efficiens motiua debet esse summa bo-
nitas diuina. q' est obiectu charitatis si-
cut in oi' credulitate licita respectu arti-
culi fidei p'ncipalis causa efficiens mo-
tiua no debet esse ro seu p'abilitas. s'z
auctoritas diuina que p'cipit sic crede-
re. Secda p'positio est q' rationalis
creatura licite diligit deum p'pter aliqd
aliud ab ipso tanq' p'pter causam effica-
tem motiua. no t'n p'fiaz aut p'ncipales
patz. qz sicut aliqu' credit articu-
lum fidei p'pter rationes seu apparentia
aliqua mouete. imo sine hoc no posset
credere. vt alias dixi. non t'n prop' hoc
p'fise aut p'ncipaliter debet credere. vt
dictu est sic aliq' diligit deum p'pter b'fifi-
cia sua et p'pter retributione eterna tan-
q' p'pter causam motiua ad dilectione
no t'n p'ncipaliter aut p'fise s'z p'ncipalit'
propter ipmet deum. Unde ad hoc vi-
detur facere auctoritas psalmiste p'di-
cta. et similiter experientia. qz videm' q'
doctores et predicatoris volentes mo-
uere fideles ad dilectione dei: mouent
ad hoc ex beneficijs creationis redem-
ptiois. et saluatiouis. et costat q' audientes
h'mdi motiua accidunt ad maiore vile-
ctione dei p' hoc etc. et minus esset durus
dicere q' in hoc peccarent. Igitur etc.

Tertia p'positio est. q' nulla rationalis
creatura licite diligit deum p'pter ali-
quid aliud ab ipso tanq' p'pter causas fi-
nales p'ncipales et simpl'r vltima. Patz
quia hoc e' p'uertere ordine diligendoru
cum deus et nihil aliud sit simpl'r vltim'
suis. Et est vti fruendis et frui vtendis

que est maxima pueritas fm augusti-
nu et hoc pbat optime rationes et aucto-
ritates p'dicti doctor. vt p'z intuere
EE Quarta p'positio e' q' rationalis
creatura licite diligit deum p'pter aliqd
aliud ab ipso tanq' p'pter cam finale. no
t'n p'ncipale aut simpl'r vltima. An ad
deklaratione istius p'positiois in q' diffi-
cultas p'ncipal'r iacet distinguendu est.
Ad diligere deum p'pter aliqd aliud vt
puta p'pter a. tanq' p'pter sine pot' dupl'r
intelligi. Uno mo q' tali dilectioe vili-
gatur deus referendo seu ordinado ip-
sum in aliud tanq' in fine. et tuc dico q'
talis dilectio est illicita. et est vsus dei: et
abusus viciosus. et hoc est cotra illu doc-
tores que reprobat magister Gregorius
us. qz tenet q' aliq' vsus dei est licitus
hoc est sufficienter reprobat rones ei'
Unde cu de' et nihil aliud a deo sit sim-
pliciter vltimus finis. et tanq' vltim'
suis diligend'. deus no est licite ordina-
bilis in aliqd aliud tanq' in fine siue vlti-
mum siue no vltimum ideo omnis dilectio
q' sic referret esset illicita et abusiva. qz
est amor cocupiscentie: et no amor ami-
cie. omnis aut' amor cocupiscentie p'sup-
ponit amore amicitie. ita q' quando ali-
quid diligit amore cocupiscentie et aliqd
mag' amatu amore amicitie: et p' p'ns
omnis amor cocupiscentie respectu dei e'
illicit' igit' etc. Alio modo pot' dici vel
intelligi deum diligit p'pter aliqd aliud ta-
nq' p'pter finem. no sic qz dilectioe illa re-
ferat deus in aliqd aliud tanq' in finem
sed qz illa dilectio referet seu ordinatur
in aliqd aliud tanq' in fine. Non quide'
vltimatu sed vltimius ordinatum in de-
um. Et tuc dico q' sic intelligitur p'edi-
cta p'positio. et sic aliqua dilectio dei
qua diligit p'pter aliud tanq' p'pter sine
est licita et illa no est vsus dei sed fru-
tio. s'z b'n sit vsus creature. Tertio gra-
Si quis diligit deum sup'p'ia et tanq' si-
ne vltim'. referendo seu ordinado illaz
dilectione in beatitudine seu felicitate
siue elictioe ea p'pter felicitatem tanq'
propter sine no simpliciter vltim'. sed
vltimus ordinatu in deum. Dico q' illa vt
lectio est licita. Quod patz. qz omnis vt

Questio tertia

lectio vie potest licite ordinari in beati-
tudine tanq' in finem no tamen p'stue-
do beatitudine tanq' sine vltim'. s'z vt
terius ordinado ea in deum et diligendo
ea propter deum sume bonum. Nec p'tra
hoc valer rones vel auctoritates quas
magister Gregorius facit. sed solum p'
bant primam et tertia p'positiones et ni-
hil faciunt p'tra secundam vel tertia con-
tra quartam intellectam modo p'dicto
sicut patet etc. Si aut' dicatur contra id
q' modo dictus est. q' beatitudo no est
suis vltimus etc. qz dicit p'bus q' felici-
tate nullus diligit propter aliud. igitur
beatitudo est finis vltimus quo fruendu
est. Ad hoc vno mo pot' dici. q' p'bus
de dilectione dei beatitudine imperfe-
cte loquitur: qz ea sola vmbatice somni-
ant. Alio modo pot' dici q' beatitudo
siue felicitas tripliciter pot' sumi. Uno
modo p' obiecto beatificante: sic est ve-
ru q' dicit p'bus. Alio modo p' beati-
tudine no sic obiectue: sed formaliter
nos p'ficiet: ista est creatura et dilige-
da p'pter aliud: s'z p'pter deum. Tertio
modo p' beatitudine cocupiscentie be-
atitudine p'mo modo dicta: et similiter
secundo modo: et omnia ad statu beati-
tudinis pertinent: q' multa sunt et ali-
as videbit. Et sic sumit Augusti. cum
dicit. Beatus est qui habet quicquid vult
et nihil malivult. Et similiter Boetius
dicit libro. 3. de solatiode prosa secunda.
q' beatitudo est status omni bonorum ag-
gregatione perfectus: et sic loquedo pa-
tet q' beatitudo no est propter aliud vi-
ligenda: qz includit deum: sed secundo mo-
do intelligit quod dictus est. Et hec de
dubitatioe tertia: et toto tertio articulo

Distinctio Secunda.

A

Intra secundam distin-
ctionem huius p'mi in qua
magister offendit vnitatem
dei. formo istaz questione
Etiam nobis sit evidenter notu in vni-
uersitate entium vni esse deum. Ar-
guitur p'mo q' no: qz non est nobis na-
turaliter cognoscibile deum esse. igitur

questio falsa. Patet p' sequentia et asis p'
batur: quia noticia p'pria deitatis non
est nobis naturaliter possibilis. Nam si
sic vel esset intuitiva vel abstractiva
sufficienti dimissione. Non prima: quia il-
la solum est supernaturaliter communi-
cabilis. nec secda eo q' ipsa p'presupponit
primam. Et confirmatur: qz deus non est
a nobis sensibilis. ergo nec naturaliter
intelligibilis. antecedes patet. p' sequen-
tia probatur: quia omnis nostris natura-
lis cognitio intellectua depedet ex sen-
situa. vt habetur primo posterior etc.
Secundo quia illud no est nobis per se
notum quod potest esse naturaliter ou-
bitum. et cuius possumus credere oppo-
situm. sed sic est de ista p'positioe. De-
us est. iuxta illud ps. Dixit insipiens in
corde suo non est deus igit' etc. Et con-
firmatur auctoritate Augustini p'mo me-
tha. dicentis. Ad deum esse nec est ma-
ifestum per se nec desperatum manus
festari. Igitur etc. Tertio quia non est
nobis euidenter notu tantu vnum esse
deum. igitur non est per se notu aliquid
esse deum. p' sequentia tenet. qz per deum
nihil aliud intelligimus q' vnu esse su-
mum in entibus. Igitur cu no possit esse
nisi vnu summum bonum si esset per se no-
tum aliquid esse deum euidenter. seque-
retur tantum vnu esse deum. quare etc.
Et antecedes probatur: qz dicent' q' sunt
tres vni no potest euidenter probari op-
positus plus q' dicenti q' sunt tres per
sonas: quaru quehbet est deus possit op-
positum euidenter probari: quare etc.
Confirmatur. qz tantu vnu esse deum est
articulus fidei. igitur no est euidenter
notu: nec euidenter pot' probari. p'ia te-
ner: qz fides est argumetu reru no appa-
rentiu. ad Hebr. 11. In oppositu argui-
tur: qz nobis est per se notu illud esse q' b'
no potest cogitari no esse. qz esse est de
quidditate rei: et per p'ns non pot' cogi-
tari deus quin cogitetur esse. Confirma-
tur. per deum intelligimus necesse esse
sed non possumus cogitare necesse esse
non esse: quare etc. In ista questione
erunt tres articuli iuxta tria argumenta
ante oppositu questionis. Primus est
81 iij

Primi sententiarum

vrū nobis sit naturaliter notum deus esse. Secūda vrū nobis sit per se notū deū esse. Tertius vrū nobis sit euidenter notū tantū vnū deū esse. Circa primū articulū pmo videbitur quid sit noticia siue cognitio. Secundo qualis noticia nobis sit naturaliter possibilis de deo. Tertio instabit cōtra dicta multiplici argumento. **H** Quantū igitur ad primū articulū pmo videndum est qd sit noticia siue cognitio. An pot sit describi. Noticia est act⁹ aliquid representās potentie vitaliter pceptiue. Et sic. Noticia est act⁹ vniciens potentia pceptiua vitaliter cū obiecto. Et ca pto hie actū nō put distinguit extra habitum. scz pro illo quo potentia vitalis formaliter pceptit. An apparet q nulla res est noticia nisi fm habitudinē quā habet ad potentia vitalem pceptiuam Ideo ad maiorē declarationem p dicitur descriptiois r ad euidentia hui⁹ materie. vidēde sunt hic tres difficultates satis viles. Prima erit per qd siue p quā habitudinē cōueniat alicui rei esse noticia siue cognitio. Secūda vrū aliqua noticia possit alicui esse magis vel min⁹ noticia q sit essentialiter perfecta. Tertia vrū diuina essentia possit esse intellectui creato formalis noticia. **E** Ad primā difficultatem pono quattuor ppositiones. Prima est. q nulla qualitas seu quouis de genere accidentis essentia est intrinsece r essentialiter noticia. pbat⁹ qz quelibet talis potest esse r non esse noticia. Igitur r. Cōsequētia tenet per qd nois. quia illud dicit intrinsece essentialit^r tale qd sic est tale q nō stat ipm esse r non esse tale. Sicut hō intrinsece r essentialiter dicit rōnalis qz hō nō pot esse r non esse rōnalis. Antecedēs pty. qz qdāmodō accidens si esset sine subiecto. vel etiā in subiecto nō vitaliter pceptiuo ipm nō esset noticia r. Ex hoc ergo pty q nullū accidens est noticia per denotationē intrinsecā s3 solū extrinsecā r. Secūda ppositio est q nullus accidens est noticia alicui per hoc pisse q est ab illo casualiter effectiue. Probat. quia stat ipm

causari seu fieri ab aliquo ipm nō esse illi aut alteri noticiā. Igitur precise p hanc habitudinē nō puenit sibi esse noticiā. psequētia patet. r antecedēs ap parct quia si deus solus causaret illud r nihil aliud. illud nō eēt alicui noticiā r sic ex causalitate efficiētie pme cause non capit q sit noticia. r per cōsequēs nec etiā ex causalitate effectiua alicui⁹ creature: quia causalitas vel effectiua nō min⁹ potest dare tales denotationē q causalitas effectiua create potentie. Itē obiectū cognitū ipam noticiā causat r tamē clarū est q non ppter hoc capit ipsa noticia talē denotationē. Igitur nec precise ppter hoc q ipm causat potentia pceptiua r. Tertia ppositio est q nullus accidens est noticia p hoc precise q est in alio formaliter inherētib⁹ le. Probat. quia si tale accidens informaret subiectū non viuēs nō esset noticia vt patet. Igitur ista denotatio non cōuenit sibi p hoc precise q informat aliū quod subiectū seu inheret alicui subiecto dependendo ab eo in genere cause materialis seu suus esse sibi intrinsece formaliter cōmunicando. Itē nulla forma suo subiecto formalit^r cōmunicat p informationē intrinsecam precise illud qd non habet in se extrinsece. sed nulla forma habet in se intrinsece vt sit noticia. Igitur nulla talis per informationē intrinsecā pisse cōmunicat suo subiecto q sit cognoscens. r per psequēs nec per hoc cōuenit sibi vt sit noticia siue cognitio. Minor patet ex pma ppositione. Maior aut apparet per qd nominū informationis intrinsece. Nam p informare intrinsece non intelligo aliū nisi cōmunicare alicui concretue illud qd aliquid pmet abstractiue sicut alicui q est abstractiue vita cōstat corpus q sit viuens. Quarta ppositio est q qdlibet accidēs qd est noticia p hoc est noticia precise q est a potentia vitaliter pceptiua effectiue r est in ea informatiue. Probat⁹ quia licet nullū istoz precise sufficiat vt satis patet p predicta tñ vrūqz simul requirūt r sufficiat aliqz accidens sit noticia. Igitur. psequētia pty

Questio tertia

Sed ad declarationē antecedētis pono quattuor ppositiones. **D** Prima est q ad hoc q accidens sit noticia non sufficit sed bñ requirūt q sit effectiue a potentia vitaliter pceptiua. Patet. qz est hoc nō sufficit apparet satis ex secūda ppositioe pncipali. Itē ad hoc q aliquid sit noticia requirūt q sit in potentia vitaliter pceptiua. aliter oportet et dicere q est possibile q aliqz accidēs existens in aere r nō existens in intellectu esset ipsi intellectui noticia quod ē absurdū. Igitur sequit^r q ad hoc q accidens sit noticia nō sufficit. s3 bñ requirūt q sit effectiue a potentia vitaliter pceptiua. nā si esset ab ea r nō in ea nō esset noticia. Sed qd hoc requirat persuaderi potest sed nō demonstrari. An arguo sic. quia si nō r. sequit^r q lapis vel aliud quodlibet obiectū sufficiēter presentatū intellectui posset sibi eē noticia de se ipso. ita bene sicut qualitas p ducta in intellectu ab obiecto. hoc aut videt absurdū. s3 pna patet. qz nō apparet ratio de vno magis q de alio nisi qz tale obiectū licz sit pns intellectui tñ nec est nec esse pot sibi cognitio. qz nō pot esse effectiue ab eo. nō sic aut est de ipsa noticia. Si vero dicat^r q alia est ratio scz quia tale obiectum nō pot informare talem intellectū sicut pot ipsa noticia. ita qz diceret^r q noticia est noticia per hoc q ipsa est sic sufficiēter presentens potētie pceptiue q ipsa informat ipsam. aut ppter hoc q ipsa formaliter actuat subiectū vitale r nō quia est ab eo effectiue. Sicut cū habemus oculos apertos r albedo est in pspectu nro nō est possibile qn videam⁹ albedinē r hoc nō est nisi qz potētia vitaliter pceptiua est informatā visione. Igitur r. Ad hoc dico q habitu do informationis siue causalitatis formalis ad hoc nō sufficit s3 requirūt habitudo causalitatis effectiue. An quis nō esset possibile rem talē informare potentia pceptiua r ipsam nō esse sibi noticiā. nō tamē sequit^r q istaz denotationē capiat precise p hoc q informat talē potentia. sed simul p aliū inseparabiliter pcurrente quando talis

res talem potentia informat. Sicut lz nō sit possibile forma aliquo subiectū actuare qn subiectū sit effect⁹ talis forme in genere cause formalis. nō tantū sequit^r q illud subiectū sit effectus talis forme in genere cause effectiuis. s3 solum effectus formalis vel forte nullo modo est effect⁹ fm illos qui ponūt q subiectū formale nō effect⁹ formalis ipsuz forme sed totū cōpositū. Igitur r. Sic ergo pot vici p babiliter licet hoc nō possit p bari euidenter. An alia opt nro videt valde p babilis. sed tñ ista p babilior r magis cōsona doctrine peripateticoz. quia cū intelligere siue cognoscere sit perfectio. ista pfectio est magis attribuēda potētie pceptiue s3 rationē efficiētis siue agētis. q fm rationē subiecti siue patientis cū ceteris partib⁹ pfectius sit agere q pati. r efficiere q informari. Igitur r. Secūda ppositio est. q ad hoc q accidēs sit noticia nō sufficit s3 bñ requirūt qd sit informatiue in potentia vitaliter pceptiua. patet. qz est hoc nō sufficit apparet satis ex tertia ppositione pncipali r ex immediate dictis. s3 qd requirat ipsuāderi potest qz vt itaz dictū est ad hoc q aliquod accidens sit alicui potentie pceptiue noticia. nō sufficit q sit ab ea. nisi etiā sit in ea. Igitur r. Si vero dicatur q sufficit q sit ab ea r etiaz sit in ea p inexistētia seu coexistētia r nō requirūt q sit in ea p informationē intrinsecā. Ad hoc dico q nō sufficit. r qz ut hoc nō posset euidenter p bari. pot tñ p babiliter cōcludi. Unde arguo sic. Pono q sunt duo angeli siut duo intellectus localit^r separati. s. a. r. b. r videat vnus aliū. ita q. a. agat visionē seu cognitionē sui in. b. tñ certū est q illa visio nō est ipsi. a. cognitio quia sit ab eo. Si ergo deus poneret. a. r. b. in eodē loco. nō tamē sequit^r ppter hoc q illa visio eēt ipsi. a. cognitio magis q an Igitur ad hoc q ipsa sit sibi cognitio non sufficit q sit ab eo r q sit in eo per talem coexistētia sed requirūt q sit in eo per informationem intrinsecam. **E** Tertia ppositio est q ad hoc q

Primi sententiarum

accidens sit notitia non sufficit nec requiritur quod sit inherens in potentia vitali perceptiva. Patet quod cum hoc non sufficit apparet ex predictis. Sed quod non requiritur persuadetur. Pro quo sciendum est quod differentia est inter inherere informare et inherere. unde licet conueniant per esse in. differunt tamen quod non omne quod inheret alicui informat il lud. Sicut patet de deo qui inheret cui libet rei et tamen nullam informat. Similiter non omne quod informat inheret. sicut patet de intellectu humano qui informat corpus et tamen non inheret ei quia inherere ultra informare requirit quod illud quod inheret alicui subiecto dependeat ab ipso in genere cause materialis sic autem non est de intellectu cum non sit educat de potentia materie sed creatus. Sed de hoc alias in materia de creatione. et causalitate formali et materiali dicitur. Dico igitur quod ad hoc quod aliquod accidens sit alicui intellectui notitia non requiritur quod educatur de potentia subiecti seu quod educatur vel dependeat a subiecto causalitate materiali. Nam si tale sit a potentia intellectiva effectiue et sit in ea informatiue. hoc sufficit. Si vero dicitur quod non est possibile. quia eo ipso quod aliquod accidens est ab intellectu effectiue. et est in eo informatiue. sequitur quod est in eo sic quod educatur de potentia ipsius subiecti et dependet ab eo propria causalitate materiali. et per consequens inherens. Aliter sequitur quod intellectus posset creare et. Ad hoc dico. quod non habeo pro inconuenienti quod intellectus seu alia creatura possit creare isto modo. Quod qualiter sit verum declarabo in quarto libro. Quarta propositio est quod ad quod accidens sit notitia sufficit et requiritur quod sit a potentia vitaliter perceptiva causaliter effectiue et in ea formaliter intrinsece. Patet ex predictis. et ex his patet quarta propositio principalis. Ex predictis sequent aliqua. Primo sequitur contra unum doctorem quod omne accidens quod est notitia capit ut sit notitia per habitudines proprie causalem et proprie effectuales

ad potentiam vitali. Patet ex dictis. quod capit per hoc quod est ipsi potentie vitali perceptivae cause formalis. et est effectus ipsi ut cause efficienti vel agentis et. Secundo sequitur contra eundem quod nullum accidens potest esse notitia per aliam quam habitudinem ad potentiam vitali. aliam quam per causalem et effectualem. Patet. quia non est imaginabilis alia habitudo et. Unde licet doctor tenens oppositum dicat quod notitia non capit hanc designationem per hoc quod intellectus efficitur ea et quod informat eam sed per hoc quod vitaliter immutat intellectum. tamen non efficaciter probat ut patet ex dictis. nec sufficienter explicat qualis sit ista habitudo seu quid est vitaliter immutare nec videtur hoc explicabile nisi tenendo vix predictas et. Igitur et. Tertio sequitur quod deus non potest se solo in intellectu creato aliquid cognoscere vel volitionem causare ipso non communicante vel coagente. De cognitione patet ex predictis. sed de volitione patet per simile quia non videtur ratio diuersitatis et. Quarto sequitur quod hoc non obstante omnem cognitionem vel volitionem potest deus causare ipso intellectu creato non cogente. Patet. Quia quicquid deus potest causare cum causa secunda potest se solo et. Verum est tamen quod tunc talis res non esset cognitio vel volitio et. Exemplum. Omni actum meritorum potest deus producere sine creatura concurrente et. sed tunc talis actus non esset meritorius et. Ex his ergo patet quid sit cognitio et per quam habitudinem pueniat sibi hoc denominatio. Hoc de prima et. Ad secundam difficultatem etiam pono aliquas propositiones. Prima quod omnis notitia seipsa est similis obiecto ab ea dicto et per ipsam cognitionem. Patet. quod nisi esset similis non plus representaret unum obiectum ipsi potentie quam aliud. quod est falsum ut patet. Ad seipsa sit similis obiecto apparet quod alias ipsa non representaret directe et immediate ipsum obiectum. imo magis illud per quod esset similis obiecto quod supponitur esse falsum. Secunda propositio est quod licet aliqua notitia seipsa

Questio tertia

sa seu sua perfectione intrinseca sit magis similis unum obiecto quam alia tamen notitia et obiectum non possunt esse magis vel minus seipsis similia quam de facto sunt ubi existunt in rebus natura. Prima pars patet. quia notitia propria et inquitiva alicuius obiecti est magis similis obiecto quam generalis et abstractiva. Secunda pars patet de se. quia nulla duo entia seipsis similia possunt esse magis vel minus similia seipsis quam de facto sunt sicut non possunt esse maioris vel minoris perfectionis essentialis quam de facto sunt. Tertia propositio est quod nulla notitia potest esse magis de aliquo notitia quam ipsa sit illi obiecto seipsa similis unum obiectum vel foret similis si obiectum esset. et sic non potest magis esse de aliquo notitia quam ipsa sit intrinsece et essentialiter perfecta. Patet clare ex predictis. Quarta propositio est quod notitia potest minus esse de aliquo notitia quam ipsa sit sine per sua essentiali similitudo suo obiecto. et sic potest minus esse notitia quam sit quidditatiue perfecta. Patet. quia aliqua notitia alicui intellectui potest esse ita magna quod alteri non posset esse aliquo magis et tamen utriusque potest esse notitia. Igitur et. Consequenter patet et antecedes apparet. quod aliqua notitia intellectui angelico potest esse ita magna quod intellectui humano non posset equaliter esse magna cum ipse sit minoris capacitatis vitalis. et tamen illa utriusque potest esse notitia. quia de facto notitia est unum et posset alteri applicare in omnino sibi habitudine. igitur et. Si hoc dicat quod illa notitia minori intellectui non possit esse notitia sibi maiori. Contra hoc arguitur. quod sequitur quod aliquid visio dei etiam creata esset vel esse posset ita magna quod a se ipsa non possit videre per eam etiam sub quocumque gradu. et tamen angelus superior bene posset quod videtur absurdum et. Confirmatur. quod excellens intelligibile non corrumpit intellectum. igitur per quacumque cognitionem quicquid perfectum potest intellectus cognoscere quicquid sit per capacitatem quous non cognoscat per eam sicut totam latitudinem visus sed sicut capacitatem suam et. Sed contra illud quod vi-

trum est et quod supponit tota ista imaginatio instatur. probando quod aliqua sit notitia que non est similis obiecto. quod aliter qua est notitia precise ad placitum vel per se solam institutionem voluntariam representans aliquid obiectum. Igitur et. et sequentia patet. quia non videtur quod per liberam impositionem illud quod non est simile obiecto fiat sibi simile. Et antecedes apparet de precepto huius vocis homo quod licet representet naturaliter istam vocem homo ad placitum tamen representat Sont et imitationem et omnes homines quibus non est similis. Ad hoc dimissis alijs modis videtur. Ratione breuitatis conceptus huius vocis homo proprie loquendo non est notitia hominis nec representat hominem sed per consuetudinem est quedam colligantia seu mutua concomitantia inter conceptum naturaliter hominis et conceptum huius vocis homo propter quam uno conceptu moto per obiectum suum. scilicet quando audit ista vox homo. statim mouet aliter conceptus siue species naturalis hominis. et sic obiectum eius cognoscitur. non quidam per speciem illius vocis sed per propriam species. Et quod ita sit patet. quia si perderet species naturalis hominis. iam species illius vocis non nullo modo representaret hominem et. Ad tertia difficultatem pono aliquas propositiones. Prima est quod non est ita de facto quod diuina essentia sit intellectui creato formalis notitia. Patet per extraneitatem homini beatitudinis et. Secunda est quod non est ita de facto quod deus vel spiritus sanctus sit voluntati create charitatis formalis siue dilectio. Sequitur ex prima per se. et in hoc non tenet magis a doctoribus et. Tertia est quod non est possibile quod diuina essentia sit formalis notitia intellectui creato vel voluntati create formalis dilectio. Et hoc est per unum doctorem qui tenet oppositum. Etiam patet quod non sit de facto ut dictum est si esset possibile ita esse. sequitur quod alia seipsa perfectum possit cognoscere et diligere deum quam faciat de facto et perfectum possit beatificari quam de facto sit. Et sequens est absurdum et. et consequentia patet quod perfectius esset diligere et cognoscere et beatificari per diuinam essentiam for-

Primi sententiarum

maliter: & per aliquam creaturam infor-
mantem accidentaliter &c. Quarta est
quod non est nobis evidens vel evidenter
demonstrabile esse impossibile quod divina
essentia sit formalis noticia intellectus
creato vel voluntati create formalis vole-
ntio. Patet quod licet dictum sit quod ad hoc quod
aliquis accidens sit notitia regitur quod sit ef-
fectiva a potentia vitaliter perceptiva: quod
sit sibi forma. tamen hoc non est evidens imo
bene dicitur quod oppositum est probabile. Item
supposito quod hec habitudo requiratur
ad hoc quod aliqua res creata esset alicui
noticia ut videtur probabile: tamen per hoc non
haberet quod ita sit de noticia increata. Si-
cut spiritus sit probabile quod nulla potentia per-
ceptiva creata possit cognoscere seipsum
aut aliquam rem aliam per suam essentiam: tamen
propter hoc non negatur quod divina po-
tentia perceptiva hoc possit &c. Item. Si
ergo aliquis dicat sicut tenet quodam doctor
quod ad hoc quod divina essentia sit noticia
intellectus creato non requiritur intrinseca
informatio ipsius potentie cognoscentis: nec affectiva productio ipsius noti-
cie. sed sufficit quod sit propria potentie cog-
nitivae tamen quod species cognoscibilis ipsius po-
tentiam vitaliter informat. & quod divina ef-
fentia absolute potest se habere in tali ha-
bitudine: tamen non video quod hoc possit evi-
denter improbari. sed oppositum appa-
ret probabilius propter dicta. Et hec de primo
articulo. ¶ His premis-
sis videndum est qualis noticia sit nobis
naturaliter possibilis de deo. Circa quod
primam tres distinctiones. deinde ponantur
tres conclusiones. Prima distinctio est
quod noticiam nobis possibilem quedam
est sensualis. alia intellectualis. Hoc
autem sensuale omnem noticiam ad quam cau-
sandam per se occurrit virtus aliqua sen-
sitiva. aut aliquid existens in ipsa. Intel-
lectualem vero voco omnem noticiam intel-
lectus. siue omnis noticia sensualis huius
sit intellectualis siue non. de quo aliter
aliter esset dicendum secundum aliam aliam opi-
nionem de distinctione & identitate poten-
tiarum anime: sed de hoc alias. Harum
autem noticiarum tam secundum sensuales quam intel-
lectualium quedam est simplex & incom-

plexa. alia vero complexa. Complexam
autem alia dicitur ut oppositio vera aut
falsa. Alia dicitur in quantum ut oratio que nec
est vera nec falsa. loquendo de veritate
cui opponitur falsitas. Qualiter autem
debet intelligi ista complexio in oratione
metali. alicui declaravi. Sed quod noticia
sensualis possit esse complexa & in-
tellectualis patet: quod alicuius bruta in qua
bus non est noticia intellectualis habet
aliquam noticiam complexam de sensibili-
libus. quod apparet: quod aliquando videtur
mus visui bruti apprehendere aliquod
sensibile sicut panem & moveri ad ipsum.
aliqui vero apprehendere idem & non mo-
neri ad illud. ergo motus iste cum sit per
appetitum naturale. & talis appetitus
quia sequitur apprehensionem presupponit
preter simplicem apprehensionem res
sensibilis noticiam complexam. quia iudi-
cat talem rem esse sibi utilem & bonam. Ad
hoc est etiam experientia multiplex & spe-
cialiter de canibus venaticis. Et pro hoc
est auctoritas Avicenne. 6. naturalium pa-
te. 4. c. primo. ubi probat in brutis esse
sensum communem. Videmus etiam quedam
bruta esse disciplinabilia. disciplina ve-
ro non fit sine propria noticia. nec vultus ro-
quod facit Adam dicitur quod secundum hoc in tali
bus brutis esset intellectus practicus. &
deberet talia vocari rationabilia. Hoc est
non sequitur loquendo ad sensum in quo vi-
cimus hominem esse rationalem & habere intel-
lectum practicum: quod homo non tantum ha-
bet singularia iudicia: sed etiam universa-
lia: nec tantum circa sensibilia ratio-
natur. similiter intellectus practicus non
solus singularibus: sed et altera uni-
versali quandoque constituitur. Et propter
hanc differentiam & multas alias illa con-
sequencia non valet. Si tamen quis vellet
vocare illa rationabilia nomina sunt ad
placitum: in pura obedientia. sic etiam
vultus alius volens obedire omnia cogno-
scentia rationabilia. posset negare a bru-
tis omnem cognitionem etiam simplici-
cem et inferre. quia alias ipsa essent ra-
tionabilia. quare &c. De noticiam au-
tem sensuali siue simplici siue complexa
non plura dicitur: quia magis spectat ad

Questio tertia

naturales philosophos & medicos. & quia satis
notum est quod talis non est nobis naturaliter
possibilis de deo. ideo de intelligibili de-
cendum est hic &c. ¶ Secunda
distinctio est quod duplex est noticia inco-
plexa nobis possibilis. quarum una solet
vocari abstractiva alia intuitiva. Du-
plex autem potest accipi noticia abstracti-
va. uno modo quia est respectu alicuius
abstracti a multis singularibus. & sic cog-
nitio abstractiva non est aliud quam cog-
nitio alicuius universalis abstractibilis a
multis singularibus. Alii accipiunt cog-
nitio abstractiva secundum quod abstractit ab ex-
istentia & non existentia & ab aliis condi-
tionibus quod contingit accidit rei vel pre-
dicant de re. non quod aliquid cognoscatur
per noticiam intuitivam quod non cognoscatur
per abstractivam. sed idem totaliter & sub
omni eadem ratione cognoscatur per utrumque.
sed distinguunt per istum modum. quod noti-
cia intuitiva rei est talis noticia virtu-
te cuius potest sciri utrum res sit vel non
sit. ita quod si res sit virtute eius statim cog-
noscatur evidenter res esse. & similiter
si esset talis noticia per divinam potentiam
conservata de re non existente virtute il-
lius noticie evidenter cognoscere res
dico primo q̄ voluntas diuina est eoz et amor iocundus et mutuos cōmunis patris et filio et spūritus sancto. nec plus distinguitur ab essentia diuina q̄ mutuos tribus p̄sonis q̄ essentia a scriptis: sed sūt idem oibus modis. Sc̄do dico q̄ spūritus sanctus nō magis est charitas amor vel dilectio patris et filij q̄ pater sit charitas amor vel dilectio filij et spūritus sancti: et hoc loquendo de virtute sermōis et pp̄ue. Patz qz vnus est p̄nitus indistinctus est amor essentialis mutuos iocundus et infinit⁹ quo mutuo se diligite pater et filius et spūritus sanctus: nec est possibile ponere aliquē amozes quo pater diligit filij aliquo modo distinctuz ab amore cōmuni tribus p̄sonarū fm̄ August. 6. de trinit. Et de p̄dicti termini charitatis amor dilectio pp̄ue loquēdo semp sunt termini essentialis. Et si quādoq; a sanctis vel doctorib⁹ capiatur p̄sonaliter hoc non est fm̄ sermonis pp̄rietatē sed est fm̄ quādā appropriationē: sicut appropriatur patri potētia et filio sapientia rē. tū in diuinis nō est aliqua potētia vel sapientia aliquo mō distincta a cōmuni potētia vel sapientia trium p̄sonarū: sic in p̄posito rē. Tercio dico q̄ spūsanctus potest dici nerus patris et filij ad istū sensum q̄ pater et filius p̄ducunt spūsanctū. aliter autē intelligendo non videt verū. Quarto dico q̄ sicut verū est q̄ pater et filius mutuo se diligēdo p̄ducunt spūsanctū. Sic etiam de virtute sermōis cōcedendū est q̄ pater et filius mutuo se intelligēdo p̄ducunt spūsanctū: patz qz cū in deo p̄nitus idem sit diligere et intelligere rē. p̄mū tū est in vsu apud sanctos: sed nō secundum. **S**i vero queratur vtrū illa p̄positio in sensu causali sit vera. ita q̄ ista causalis sit vera. pater et filius quia diligunt se mutuo produciunt spūritum sanctum. Respondeo q̄ licet forte illa vt est causalis pp̄ue dicta de virtute sermōis non esset concedenda tamen potest cōcedi ab bonum sensum. Et si queratur cum ita sit q̄ pater et filius quia diligunt se produciunt spūritū

sanctum. quare non est ita q̄ pater et filius et spūsanctus. quia diligunt se non produciunt aliam personam. Ad hoc re spondeo q̄ nulla est causa nisi quia de⁹ est vna essentia et tres p̄sone nec pōt esse plures sicut pōt haberi ex scriptura. Et ad hoc possunt haberi cōgruētie. scz de illis nō curo. Et ideo querere cur ita est vbi nō est causa superuacuu est. nec aliqua ratio potest hic a nobis assignari nisi: qz natura rei talis est nec est euidens: quin tres persone possint producere quartam quare rē. Ad secundaz dubitationem patet ex iam dictis quid respondendū. Et de quo q̄ si istud verbum diligere capiatur essentialiter sicut istud verbum sapere. tunc de virtute sermōis hoc est absolute falsa: pater et filius diligunt se spūritus sancto. sicut ista pater sapit sapientia genita sicut bene arguit ratio. Tamen quis sancti et doctores antiqui capiunt semper illud verbum sapere essentialiter non tamen sic istud verbum diligere. sed quādoq; notionaliter. et sic ad sensum quem intelligit ipsa est vera. Et de apud eos diligere vt capiatur notionaliter non est omnino idē quod spirare. quia tunc sicut hoc est falsa pater et filius spirant spūsanctū. sic ista esset falsa pater et filius diligunt se spūritus sancto. sed diligere isto modo includit diligere essentialē quod est omnibus modis diuina essentia et si muliter spirare. Et ideo illa p̄positio est falsa pater et filius diligunt se amore absoluto et essentiali. et sic diligendo se produciunt spūritum sanctum. Ex quo patet q̄ ille terminus fm̄ vsum sanctoz ruz nec est pure essentialis nec pure notionalis. sed partim essentialis et partim notionalis. id est in descriptōe sua ponitur terminus aliquo pure essentialis et aliquis terminus pure notionalis non sic autē de isto termino sapere. ideo patet ad rationem. rē. **R** Ad tertiam dubitationem respondeo p̄mitendo istam regulam quā ponit ille doctor antiquus et subtilis dominus **P**. pictanens. libro primo summe sue. capitulo. 19. videlicet q̄ nihil in hac materia

sine distinctione: vel affirmandū est vel negandum. vt si in dissonanti soporifica fecerit syllogismum ridiculum appareat ideo distinguo q̄ iste terminus sapientia p̄ se sumptus est terminus essentialis. sed quādoq; per aliquid additum efficitur personalis. vt dicendo sapientia genita. Et quando ponitur in ablatiuo casu sicut in p̄posito tūc dupliciter potest exponi. Vno modo per istā p̄positionem a. Alio modo p̄ istam p̄positionem p̄. vt p̄z clare in exemplis. Et de fm̄ h̄ possunt poni quatuor p̄positiones. que colliguntur ex dictis illius doctoris saltez pro parte. Prima est. Quod ista p̄positio. pater est sapiens sapientia genita siue per a. resoluat: siue per p̄ falsa est. p̄z. qz sicut pater nō est a filio nec per filius qui est sapientia genita. sic non est sapiens ab ipso vel per ipsum fm̄ beatum Augustinū. Sc̄da est. q̄ ista p̄positio pater est sapiens sapientia ingenita. si per a. resoluat falsa est. si per p̄ vera est. patz. qz sicut pater nō est a seipso nec ab essentia diuina proprie loquendo. sic nō est sapiens a sapientia ingenita que est ipse vel essentia diuina. Et hoc est cōtra dictum doctorē rē. sed tamē est sapiens p̄ seipsum et p̄ essentiam diuinam. q̄ rē. Tertia est q̄ ista p̄positio scz filius est sapiens sapientia genita si p̄ a. resoluat falsa est. si p̄ per vera est. Patet. quia sicut filius nō est a seipso sic non est sapiens a seipso sed a patre a quo est. sed tū est sapiens a seipso. et p̄ seipsum. sicut filius agit p̄ seipsum licz non a se fm̄ Hyla. Quarta est q̄ ista p̄positio filius est sapiens sapientia ingenita siue per a. resoluat siue per per vera est. patet qz sicut filius est a patre: et per patrem sic est sapiens ab ipso et p̄ ipm̄ q̄ est sapientia ingenita. Et sicut dico de filio ita dicendū est de spūritus sancto quo ad istam p̄positionem. Quis autem possit concedi q̄ filius vel spūritus sanctus est sapiens sapientia ingenita. id est ab ea capiendū illuz terminum p̄sonaliter pro patre. non sic tamen potest concedi capiendū ipsum essentialiter saltez pro essentia. bene tū

concedendum est qd filius vel spiritus sanctus est sapiens sapientia ingenta id est per essentiam que est sapientia ingenta. Si vero dicatur qd fm Augustinum idem est in deo sapere et esse ergo si filius est sapientia ingenta sequitur qd filius est sapientia ingenta quod est falsum. quia si esset sapientia ingenta non eēt sapientia ingenta. S

Respondeo qd sicut ingenitum potest dupliciter accipi: sic etiam sapientia ingenta. Uno modo dicitur ingentū omne quod non est genitum et sic essentia diuina est sapientia ingenta. Alio modo dicitur ingentū quod non est genitum et est generans et sic est pprietas soli patri conueniens et non filio. Primo modo concedo qd filius est sapientia ingenta ad istū sensum qd filius est ista sapientia que est ingenta sicut est ista sententia que est ingenta. S; secūdo modo dico qd filius non est sapientia ingenta. quia ingenitum isto modo non cōuenit diuine essentie. Si vero dicatur contra primū qd fm hoc isti termini sapientia ingenta et sapientia genita affirmabuntur de filio. Dico qd non est in conueniens capiēdo h; sapientia ingenta essentialiter. et h; sapientia genita personaliter. Si vero dicatur contra secundū qd adhuc procedit argumentum qd filius sit sapientia ingenta capiēdo personaliter. quia per quartā propositionem filius est sapiens sapientia ingenta capiēdo personaliter. ergo est sapientia genita primo modo capiēdo. consequentia tenet per illud medium Augustini rē. Respondeo qd quis i deo sit idem sapere et esse. non sequitur filius est sapiens sapientia ingenta in ablatiuo casu. Sgitur est sapientia ingenta si in antecedente capiatur h; sapientia ingenta in ablatiuo casu et in consequenti in nominatiuo. Nec video qd habeat apparentiam primo modo. sed si utrobis capiatur eodē modo cōsequetia habet aliquam apparentiam: et potest concedi consequens sicut antecedens. sicut patet cubitet subtiliter inueniri. rē. Tunc ad rationē istius dubitatio-

nis dico. Quod non sequitur. pater dicitur verbo ergo sapit verbo. ratio est qd fm usum sanctorū sapere semper capitur essentialiter. sed in illa ppositione vice re non capitur pure essentialiter s; notionaliter. vel partim essentialiter et partim notionaliter id est in sua descriptione quid uomis ponitur terminus essentialis et terminus notionalis. quia vice re non est omnino idēz quod intelligere nec omnino idem qd gignere quia pater non gignit verbo sed gignit verbum. S; vice re est intelligere. et intelligendo producere. et sic ista pater dicit verbo valē tantum pater intelligit verbum intellectu essentiali et intelligēdo gignit verbum sicut supra dixi de intelligere. Et hoc de ista et de toto tertio articulo. Tūc ad rationes principales. Ad primā negatur antecedens et ad probationē negatur maior. si intelligatur vniuersaliter circumscripto omni alio quod nō est idēz secum. modo sic non est in proposito qd filius est essentia eadem cum patre qre nō superfluit quis pater sit esse sufficiens. Ad confirmacionem patet quid videndum ex primo articulo questionis. Ad secundā et ei confirmacionē patuit diffuse in secundo articulo. quid possit dici rē. Ad tertiā negatur anis. et ad probationē negatur maior et rō p; ex vice re ubi tangitur vt dictum est. Ad illud tū quod ibi dicitur qd actus et habitus filii voluntatis vere generant concedo capiēdo generationē large non tamē stricte. vt patet clare consideranti pōtēta. Et hoc de ista questione.

Sequitur nona questio.

A circa quartā de amāz distinctione: et alias in quibus ma gister agit de eterna spūssati pcessione rē porali tam visibili q inuisibili quero vtr sola psona spūssati sit charitas infusa q dat amicus dei

Arguitur primo qd non: qd psona spiritus sancti non est charitas: que dat amicus dei arguitur questio falsa: pna est clara: sed antecedens pbat: qd frustra fit per plura quod pot fieri per pauciora: sed ad hoc qd aliquis sit amicus dei sufficit qd ei dentur dona spiritus sancti. nā quicumq; habet illa ipse est carus deo: et amicus dei. igitur superfluum est qd dat ppria persona spiritus sancti. quare rē.

Secūdo. qd aliqua charitas que non est persona spiritus sancti datur viatori Sgitur questio falsa. pna clara: sed antecedens pbat: qd charitas creata datur a spiritu sancto viatori per quā ipse est amicus dei. iuxta illud apost. Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritus sanctum qui datus est nobis rē. Sed ista qd spiritus sanctus nō est illa charitas creata que per ipm diffunditur in nobis. igit rē. Tertio qd charitas q datur amicus dei potest augeri et minui. igitur qstio falsa. pna clara. s; antecedens pbat: qd sicut aliquis potest esse magis vel minus carus deo et amicus dei: ita sua charitas potest fieri maior et minor et intendi et remitti: sed constat qd hoc nō potest competere per sone spiritus sancti. igitur rē. In oppositum agitur per magistrum. r. 7. dist. vbi tractat de ista materia et determinat oppositum expresse. In questione iuxta materiam triū argumentorū erūt tres articuli. Primus. vtrū charitas que datur amicus dei sit persona spiritus sancti. Secundus. vtrū charitas que datur amicus dei sit qualitas infusa uenti. Tertius. vtrū charitas que datur amicus dei pot augeri vel minui

B Circa primum primo premit tam tria notabilia propter terminorū declarationem. Secundo ponam triplicem pductionem. Tertio soluam triplicem dubitationē. Quantum igitur ad primum qd magister dicit duplicem esse pcessione spūssati. eterna scz et temporalē. Notandū est qd quicq; pcessio accipit p productione passiva vnius p sone ab alia. aliquā aut importat tales p ductionē notando illam psonam pdu-

ctam de nouo existere in aliqua creatura rationali fm aliquem modū specialem de quo infra dicitur. Unde si vsus sanctorū esset qd pcedere importaret talē productionem vnius p sone ab alia et noua sui existētia in quacūq; creatura non propter nouitatē dei: sed ppter nouitates reit. ita bene posset dici qd spiritus sanctus pcederet tpaliter quicūq; creatura creatur. sicut modo dicitur qd procedit tēporaliter: qd datur alicui rationali creature ad ipsam sanctificandā: qd tūc spiritus sancti pcedere nō esset aliud qd ipm pduci a patre et filio et de nouo ad extra esse in creatura noua. Ex his sequitur qd de virtute sermonis nō debet pcedi qd sit duplex pcessio spūssati: vel sint due pcessiones spūssati. p; qd sicut pcedens est vnū sic pcessio eius est vni ca. Secūdo sequitur cōtra Scham qd pcessio temporalis est vna res loquendo de virtute sermonis. vnde dico qd pcessio tpalis est vni ens reale scz spūssatus: licet est ille terminus non significet solū vni ens reale sed plura: tū solū supponit p vno. s. p spūssato. Sic etiam dico ptra eū qd creatio dei est pprie res. s. ipse deus creas. si capiatur actus et sic cōcedo qd creatio creat: vel creatio est ipsa creatura si capiatur passiuē. et sic pcedo qd creatio creat quocūq; mō tū capiatur nō solū signat vnā rez sed plura res. s. deū et creaturā rē. Tertio sequitur qd pcessio tēporalis non differt realiter a pcessione eterna: loquēdo de virtute sermonis. Patet qd isti termini pcessio tēporalis et pcessio eterna supponunt pro eodē licet cōnotēt vniuersa rē.

Quarto sequitur qd tū ad intentionē fautorum potest concedi qd duplex est siue qd due sunt pcessiones spiritus sancti: et qd pcessio eterna differt realiter a pcessione temporalis. Patet. quia nihil aliud intelligunt nisi qd eternaliter procedit et etiam temporaliter: et potest primo modo procedere absq; hoc qd procedat secundo modo: et qd pcessio eterna differt realiter ab aliqua re que importatur per pcessionem tēporalem. scilicet a creatura tēporali.

De sententiis

¶ Secundo notandum est que sit differentia inter processionem et missionem rationem. unde dico qd isti termini supponunt pro eodem. sed in processione putat hic sumit est in plus qd missio. quod omne quod mittitur procedit sed non conuerso. Nam filius eternaliter procedit non tam eternaliter mittebat. et eternaliter potest mitti. sed processio non est in plus qd datio nec etiam in minus. qd non in plus patet quia non omne quod datur procedit. Nam dona spiritus sancti dantur non tam procedunt ut hic de processione loquimur. qd etiam non in minus. patet qd non omne quod procedit datur. Nam filius eternaliter procedit non tam eternaliter dat. Sed qualiter se habeant missio et datio satis patet per sequentia. Dico tamen qd licet predicti termini simpliciter sumpti se habeant ut dictum est. tamen ipsi aliquo modo restricti possunt ad inuicem conueniri. Unde isti termini processio et missio spiritus sancti. missio spiritus sancti. datio spiritus sancti inter se conuertuntur saltem secundum legem ordinatam. quod dico quia forte possibile est absolute spiritus sancti dari absque hoc qd mittat. sicut poterit apparere ex dicendis inferius etc. Tertio notandum est quod importat per istos terminos missio et datio siue mitti et dari. An uero qd mitti importat personam procedentem connotando creaturam. ita qd descriptio quid nominis sit hoc totum mitti est personarum aliquarum ab alia productam per nouam existentiam in aliqua creatura rationali secundum specialem modum existendi in ea manifestari. Et proportionabiliter quod nominis huius termini mitti est personam aliquam productam per nouam existentiam in aliqua creatura rationali secundum specialem modum existendi in ea manifestari. Et ista manifestatio fit aliquid operando circa creaturam. per quam operationem persona que mittitur manifestari dicitur. Sed dari est aliqua rem productam existentem in alicuius potestate sic se habere ad rationalem creaturam qd ipse possit iuste illa uti ad operandum aliquid sicut sibi rationabiliter placuerit. Et ista descriptio puenit tam spiritus sancto qd

eius donis ut patet. Et proportionabiliter quid nominis huius termini dare potest assignari qd est aliqua rem habentem aliam rem productam in sua potestate uelle sic se habere ad rationalem creaturam qd ipsa possit iuste illa uti ad operandum sicut sibi rationabiliter placuerit. Sic enim dicitur qd aliquis dat se ipsum alteri in hoc qd offert seipsum sibi ut faciat quod alius dixerit. Nec querenda est in predictis descriptionibus precisa et rigorosa sermonei proprietates. sed querendum est ut intelligatur veritas. Ex istis sequuntur aliqua. Primo sequitur qd mitti est commune tribus personis. quia cuiuslibet earum conuenit aliquid operari circa creaturam unde alia persona manifestat et sic tenet argumentum magistri. qd si aliqua persona mittit extra et non alia quod est falsum. Secundo sequitur qd eadem persona potest mitti se. quia operando aliquid circa creaturam potest manifestare qd ipamet procedit. Tertio sequitur qd dare est commune tribus personis et qd eadem persona potest seipsam dare. quia quilibet persona est in potestate cuiuslibet personae. et quilibet in potestate sua. ut uellet aliqua personam productam sic se habere ad rationalem creaturam qd sit parata ad faciendum quicquid rationaliter petit rationalis creatura. Quarto sequitur qd nec mitti nec dari est commune tribus personis quia non conuenit nisi persone producte. nec competit patri. et hoc est solum ex usu sanctorum et si aliter fuissent uti rationabiliter posset dici oppositum. Unde difficultas in ista materia principaliter est ex significacione terminorum quibus est utendum scilicet usum sanctorum et antiquorum. ideo est difficultas magis uocalis qd realis. D

¶ His premisis circa istum articulum pono tres conclusiones. Prima est qd amicis dei non solum dantur creatura spiritus sancti dona sed etiam propria spiritus sancti dona. Ita condicio probatur a magistro in littera pluribus auctoritatibus. nec uidetur ad hoc melior pro

Questio nona

bandi modus. Item ad hoc est auctoritas Augustini super illo uerbo Jo. 1. 4. Ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit uobis. Item Lu. 1. dicit angelus ad Mariam. Spiritus sanctus superueniet in te uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ubi uero distincte promittit. sed ad uentum spiritus sancti et etiam obumbrationem uirtutis altissimi. per primum notatur donatio spiritus sancti. per secundum donatio doni creati etc. Secunda conclusio est qd amicis dei nisi datur spiritus sancti persona quando datur aliquid eius donum creatum. scilicet charitas uel gratia. nec simpliciter e contra. Prima pars probatur quia quicumque habet spiritus sanctum est amicus dei Ro. 8. quicumque spiritum dei aguntur in filij dei sunt. sed nullus est filius uel amicus dei sine charitate uel gratia gratia faciente a deo creata et infusa ut potest probatur igitur etc. Secunda pars probatur. quia quicumque habet charitatem creatam siue gratiam gratia facientem est amicus dei. sed nullus est amicus dei si non habeat spiritus sanctum. igitur etc. Maior pars Th. 3. iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem uite eterne. Minor pars Ro. 8. Si quis spiritum Christi non habet hic non est eius. id est membrum Christi. et per spiritum Christi intelligitur spiritus sanctus secundum glossam igitur etc. Tercia conclusio est amicus dei absolute potest dari spiritus sancti persona absque hoc qd dentur eius dona et similiter e contra. Prima pars probatur a magistro Breg. sic. quia omne dabile a deo homini absolute potest dari non dato alio quod non est essentialiter idem cum eo nec aliquid de eadem eius. igitur etc. Consequenter tenet: quia spiritus sanctus est dabile per primam conclusionem. et nulli donis creatus est essentialiter idem cum spiritus sancto siue de esse spiritus sancti. Et antecedens patet. Tum quia ipso concessio nulla sequitur contradictio Tum quia sicut omne factibile a deo potest fieri ab ipso non factio alio quod non est ipsum aut de essentia ipsius. sic uidetur in proposito. Sed illud antecedens facilius potest negari. et ad primam probationem patet qd nulla est probatio hoc

concessio non potest euidenter inferri contradictionem. igitur hoc est uerum aut concedendum. Et ad secundam probationem potest dici qd spiritus sanctus dari non est a iudicio et donum eius creatus dari. ideo non ualet ratio nec similitudo ibidem inducta etc. Et Unde aliter et melius Bekam probat illam partem sic qd illud dicitur dari alicui quando potest illi uti ad aliquid faciendum sicut placeat quodammodo dicitur qd alicuius dat seipsum alteri propter hoc quia offert se illi ad faciendum quod alius dixerit. unde hoc supponitur ex quid nominis. Sed supposito qd spiritus sanctus nullus donus creati datur creature rationali ad hoc potest esse paratus ad faciendum illud quod creatura rationalis rationabiliter uellet ut clarum est. igitur sine dono creato absolute potest seipsam dare. et sic prima pars patet sufficienter. Sed secunda pars sequitur satis ex prima. ut patet cuiuslibet intuenti. igitur etc. Ex istis sequitur aliqua. Primo sequitur formalis responsio ad istum articulum. scilicet quod loquendo de uirtute sermonis charitas datur amicis dei non est persona spiritus sancti. Patet. quia spiritus sanctus non est charitas creata ut clarum est sed nulla charitas datur amicis dei nisi charitas creata. Pro cuius declaratione sit istud secundum correlatum qd loquendo de uirtute sermonis charitas increata non datur amicis dei. patet. quia proprie loquendo iste terminus charitas est terminus essentialis immediate supponens pro essentia diuina. sed non est concedendum qd essentia diuina mittat uel datur. sicut nec patet quia non est res producta ex supradictis. igitur etc. Unde si aliquid a sanctis inueniat quod charitas increata datur iste terminus capitur notionaliter pro persona spiritus sancti. et hoc non est secundum sermonis proprietatem ad secundum attributionem ut supra tangebat in alia questione. Tertio sequitur contra magistrum quod spiritus sanctus non est charitas qua formaliter diligimus deum et proximum. patet. quia licet spiritus sanctus datur nobis. non tamen per ipsum formaliter

Primi sententiarum

visibilis. ita quod ipse sit nobis formalis dilectio. quia deus in duplici genere causae. scilicet materialis et formalis non potest esse causa sed solum in genere cause efficientis et finalis. **Quarto** sequitur quod spiritus sanctus non ideo potest dici vari quia datur eius dona. Patet per magistrum ex tertia conclusione. **Et** circa predicta est triplex dubitatio. Prima est quod cum spiritus sanctus sit in omnibus rebus per essentiam presentiam et potentiam. et per se in hominibus bonis et malis non videtur quod spiritus sanctus in propria forma possit noviter dari. quia non potest in aliquo homine esse noviter qui prius fuerit. aliter esset possibile aliquem hominem esse et spiritus sanctum non esse in eo. quod supponitur falsum. **Secunda** dubitatio est utrum spiritus sanctus deus sit in suis donis et in quibus donis. et quare magis dicatur dari in aliquibus donis quam in aliis cum omnia sint dona eius. quocumque habet creatura rationalis. **Tertia** dubitatio est utrum spiritus sanctus deus sit mutabiliter visibiliter. videtur quod non. quia invisibile non potest visibiliter mutari. sed ipse est simpliciter invisibilis. igitur. **Oppositus** dicit magister distinctio. **Ad** primam dubitationem respondet quod secundum magistrum dicitur. Spiritus sanctus duplici modo existendi est in rebus. Uno modo est in omnibus creaturis generaliter. Alio modo est solum in creaturis rationalibus iustis et sanctis specialiter. et isto modo bene stat quod homo sit et spiritus sanctus non sit in eo illo modo et postea sit in eo noviter illo modo. et secundum istum specialiter dicitur spiritus sanctus nutri et dari. **Et** si queratur qualis sit iste modus existendi spiritus sancti. Uno modo potest dici quod non est comprehensibilis sicut nec primus de quo magis videtur. et ideo est inexplicabilis. tamen potest aliquo modo notificari a posteriori. Nam ut dicit magister in 17. distinctio. Tunc nobis dicitur nutriti spiritus sanctus cum ita est in nobis ut faciat nos diligere deum et proximum dilectione meritoria. Non quod hoc sit spiritus

sanctus dari quoniam absolute fieret merito diligere deum et proximum. et non sic habere ipsum et simuliter contra. Alio modo potest dici et forte melius quod licet iste modus existendi non sit nobis comprehensibilis sed cognoscibilis ad plerumque. tamen non est quod propter hoc quod non sit aliquo modo explicabilis. Non enim video esse possibile aliquid credere quod nullo modo est explicabile. ideo dico quod iste modus specialis ultra primus modus generalis nihil omnino importat nisi solum spiritus sanctus esse paratus ad faciendum quod creatura rationalis rationabiliter vellet. iuxta illa que dicta sunt. hoc autem absolute potest absque hoc quod in ipsa sit aliqua dilectio seu aliquod donum creaturam. **quare** sic. **Ad** secundam dubitationem dico primo quod spiritus sanctus datur in suis donis. vel magis proprie loquendo datur cum suis donis. Quis absolute potest dari sine eis et econtra. **Secundo** dico quod spiritus sanctus non datur de facto alii nisi ei qui sanctificatur et acceptat ad vitam eternam. **Tertio** dico quod spiritus sanctus nullus sanctificatur vel acceptat ad vitam eternam nisi cum in quo est charitas creata sine gratia gratum faciens ut patet in secundo articulo. **Et** ideo sancti dicunt spiritus sanctum dari in charitate tanquam in dono creato. **Quarto** dico quod si ad hoc esset modus loquendi sanctorum ita bene posset dici et concedi spiritus sanctum dari in sapientia vel in fide vel in spe sicut in charitate. sed hoc non est veritatum apud sanctos. **Et** multum non dicitur dari quod consecrat alicui potestatem faciendi miracula sine charitate vel gratia spiritus hoc posset dici si sancti sic veretur. et sic patet ad secundam dubitationem. **Ad** tertiam dubitationem dico primo quod missio visibilis alicuius persone potest dupliciter fieri. Uno modo per reale assumptionem nature create visibilis in unitate divine persone. Alio modo sine reali assumptione. primo modo factus est visibilis missus in incarnatione. de qua missione in tertio libro. **Secundo** modo spiritus sanctus fuit missus in nova lege. et

Questio nona

de ista missione videndum est quid sit et quando et quibus facta sit. **Unde** dico secundo quod missio visibilis est apparitio alicui rei corporalis visibilis facta circa creaturam rationalem eidem creature missione invisibilem divine persone representantem. **Primo** enim quod sit apparitio specierum corporalium visibilium. patet quia aliter non posset esse visibilis cum divina persona sit invisibilis. **Secunda** quod sit circa creaturam rationalem. patet quia non mutatur nisi creature rationali. **Tertio** quod representet. patet. quia divina persona non mittitur nisi ad representandum aliquem effectum spirituales scilicet gratias gratum facientem. **Quis** aliter possit fieri si deo placeret. **Tertio** dico quod non oportet missionem invisibilem tunc primo fieri quando primo sit missio visibilis que est significatio. missio enim visibilis significat missionem invisibilem. vel tunc primo fieri vel prius facta esse et adhuc permanere quia quando spiritus sanctus visibiliter pro mitteretur in columbe specie. **Matth. 3. 16.** tunc primo accepit gratiam. nec fuit in eo augmentata. **Similiter** quando visibiliter missus fuit apostolis non tunc primo gratiam receperunt licet fuerit augmentata. **Et** quarto dico quod ista missio facta fuit in nova lege christo et apostolis. **Et** de christo patet in evangelio. et de apostolis in libro Actuum apostolorum. **2. ca.** **Et** quis facite fuerunt in veteri testamento apparitiones aliquibus sanctis. non principaliter signant missionem spiritus sancti sed aliud. **Si** vero queratur utrum ille species que apparuerunt fuerint vere res et quales fuerunt. **Respondet** quod fuerunt vere res et tamen potuerunt esse tales quales apparuerunt. vel potuerunt esse alique alie convenientibus exterioribus. **Unde** quando spiritus sanctus apparuit in specie columbe dico quod fuit vera res. tamen hoc potuit fieri per veram columbam vel per aliquam aliam rem de novo creatam habentem accidentia exteriora similia accidentibus columbe. et sicut deo placuit ita factum est. **Ad** ar-

gumentum antea patet quod invisibile potest visibiliter mutari non in se sed in alio quo instituto ad ipsum significandum. **Et** hoc de primo articulo. **Ad** **Quantum** ad secundum articulum utrum charitas que datur amicis dei sit qualitas infusa menti. **Primo** ponam tres conclusiones et eas declarabo. **Secundo** obijciam per aliquas rationes et ad eas respondeo. **Prima** conclusio. nullus potest esse amicus dei de lege ordinata non habendo in se aliquam qualitatem infusam que sit charitas vel gratia. **Secunda** conclusio. aliquis potest esse amicus dei de potentia absoluta non habendo aliquam qualitatem infusam que sit charitas vel gratia. **Tertia** conclusio. aliquis potest esse non amicus dei de potentia absoluta habendo aliquam qualitatem infusam que sit charitas vel gratia. **Et** in omnibus istis conclusionibus per amicum dei intelligendo illum quem deus specialiter diligit et ad speciale bonum scilicet ad vitam eternam. quia generaliter loquendo quilibet est amicus dei siue bonus siue malus sit in hoc quod deus diligit ipsum ad aliquod bonum ut clarum est. **Prima** conclusio probatur et licet ipsa non possit probari ratione naturali. quia per nullam rationem naturalem possumus concludere aliquem habitum supernaturalem tamen potest probari auctoritate multiplici tam scripture quam sanctorum. **Et** quia ista conclusio communiter conceditur. ideo probo eam unica auctoritate apostoli. **1. Corinth. 13. vbi** dicit. Si linguis hominum loquar et cetera. **Et** ostendit virtutes et dona spiritus sancti et eorum actus dicit nihil proficere habenti scilicet ad meritum vite eterne sine gratia vel charitate. **Et** si dicatur quod apostolus loquitur de charitate non quidem creata sed increata que est spiritus sanctus. **Dico** quod licet istud posset pervertendo sustineri. tamen non videtur esse de intentione apostoli. quia ipse loquitur de charitate quasi de quadam virtute. et eius excellentiam ad alias virtutes mittit ostendere. unde in fine capituli dicit. **Hunc** manet fides spes charitas. **Et** si dicatur sicut dicit magister quod charitas

2 ar.

etiam a sanctis et doctoribus dicitur virtus: non quia ipsa sit virtus creata infusa sicut alie: sed quia per eam mens efficiatur tanquam si esset virtus. Respondeo: quod ita faciliter potest dici de qualibet alia virtute etc. nec videtur quod expressius per auctoritates scripture possit haberi quod fides aut spes sunt virtutes infuse create quod de charitate: quare ergo non ponetur etc. Item apud Boetium hoc expresse videtur dicere. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui vultus est nobis. Ubi expressit apostolus duos scilicet primum spiritum sanctum datum esse secundum vero charitatem per ipsum diffundit: quasi charitas sit aliquid distinctum a spiritu sancto: et per consequens virtus creata. Et licet ista auctoritas aliter posset glosari: tamen illa est apparatus instantio apostolorum insinuant verba Augustini super Ioban. pri. canon. omne. s. exponens illud Ro. 8. Ipse spiritus postulat pro nobis etc. Quid est inquit ipse spiritus interpellat pro sanctis nisi ipsa charitas que in te per spiritum facta est: ideo enim dicitur idem apostolus. Charitas diffusa est etc. Ex his ergo tenendum est quod charitas est virtus creata etc. Sed contra istam conclusionem est opinio magistri. Aliqui tamen dicunt quod licet magister posuerit deum esse charitatem nostram: non tamen negavit huiusmodi habitum charitatis create. sed quicquid sit de hoc clarum est satis quod nullam mentionem de hoc facit ipsum ponendo. imo magis ipsum videtur non ponere. cum dicat quod non eodem sensu dicitur deus est fides nostra: et deus est charitas nostra: quoniam primum dicitur propter habitum quem habemus in nobis a deo scilicet fidem infusam: non sic autem secundum. Ideo videtur sicut dicunt aliqui quod magister opinatus fuerit quod ad actum diligendi deum meritoze aut proximum non concurrat aliquis habitus charitatis create: sed huiusmodi actum meritozum spiritus sanctus operatur sine habitu virtutis medio quod non sic est de actibus fidei et spei: quare etc. Unde pro opinione magistri. Inter

multas auctoritates quas ipse inducit precipue due sunt magis apparentes. Prima est Augustini. 8. de trini. capit. 6. Qui proximum diligit consequens est ut ipsam precise dilectionem diligit. deus enim dilectio est: et qui manet in dilectione in deo manet. Alia est in eodem libro capit. 7. Nemo dicat quod non habuit quid diligam. diligat fratrem et diligat eandem dilectionem. magis enim novit dilectionem qua diligit quod fratrem quem diligit etc. Ex quibus auctoritatibus habetur quod dilectio qua diligimus fratres est deus est deo id est spiritus sanctus. Et sic sine alia charitate aliquis est deo carus et dei amicus etc. Sed quia in hac opinione magister communiter non tenetur: ideo ad auctoritates Augustini respondetur et potest responderi sicut responderi Scotus: tamen aliter potest responderi forte magis secundum mentem Augustini. Unde secundum quod dicit Augustinus. 15. de trinitate. 1. apitulo. 17. et super Iobanem omelia. 28. exponens illud Iobanis. 15. Manete in dilectione mea. duplex patet distinctio dilectionis dei una icreata. scilicet deus. Alia est quedam forma existens in nobis quod non est deus. Et de prima dicit saluator intellectus cum dicit. manete etc. Utraque autem dicitur dilectio qua diligimus fratrem. sed sub diverso sensu. Nam dilectio creata est qua formaliter diligimus scilicet dilectio icreata est qua id est propter quam diligimus causaliter. Luz ergo Augustinus dicit qui diligit proximum diligit dilectionem non intelligit de dilectione per quam sed de dilectione propter quam. quia propter quod unumquodque etc. et huiusmodi cum dicitur eodem sensu id est maxime diligat. et illa dilectio vere deus est. Et sic Augustinus. probare intendit quod qui diligit proximum sicut debet diligit etiam deum quando autem dicit diligat fratres et diligat eandem dilectionem. id est eandem non refertur ad dilectionem per quam diligat formaliter. sed de illa propter quam diligit causaliter. de qua immediate primum seratur deus dilectio est. Et sic patet conclusio. nec tenenda est magistri opinio.

Secunda conclusio probatur. Ad eius probationem et declarationem. ac etiam precedentis conclusionis. distinguendus est quod esse amicum dei siue deo carum aut acceptum ad vitam eternam potest dupliciter intelligi. Uno modo idem est quod esse a deo ordinatum ad vitam eternam finaliter obtinendam. et sic quilibet electorum in quocumque statu sit gratie vel culpe est deo carus et acceptus et dei amicus. et nullus reproborum. licet sit in statu gratie est dei amicus. Et isto modo non intelligitur prima conclusio. quia sic esset falsa etc. Alio modo idem est quod esse in statu vel dispositione in qua si perseveraverit deus dabit sibi vitam eternam. et sic non quilibet electus est deo gratus vel acceptus nec dei amicus. sicut ille qui est in statu culpe mortalis. Et aliquis reprobus est deo carus et dei amicus sicut ille qui est in statu gratie etc. Simili modo magister tertio inlarum distin. 31. dicit quod aliquod esse scriptum in libro vite potest intelligi dupliciter. scilicet secundum eternam presentiam vel secundum presentem iustitiam. et multi sunt scripti primo modo et non secundo modo et e converso. Sic in proposito potest dici quod aliquod esse amicus dei potest intelligi dupliciter. vel secundum eternam vel dilectionem vel secundum presentem dispositionem. et aliquis potest esse amicus dei primo modo et non secundo modo et e converso. In ista ergo questione intendit istis terminis carus. gratus acceptus deo. amicus dei. dignus vita eterna. et huiusmodi. secundo modo vult et non primo modo. Et in isto sensu habet secunda conclusio difficultatem. Probatur ergo conclusio primo sic. quia spiritus sanctus potest dari alicui absolute loquendo siue charitate creata aut alio modo dono. si cui patet ex primo articulo. sed ipse solus sine alio dono creato potest. tantum significare creaturam respectu premissi beneficii aut alterius boni quantum ipse cuius alio dono. quia alias ipsa charitas creata ex natura sua aliquam dignitatem respectu vite eterne tribueret ipsi creature. quare dignitatem in nullo modo posset sibi spiritus sanctus per seipsum tribuere. quod est absurdum. Secundo pro-

batur quia esse carum deo vel gratum vel amicum. vel vita eterna dignum primo modo nihil est aliud proprie loquendo quod esse in aliquo statu in quo si quis decederet haberet vitam eternam secundum dei ordinationem. sed nullam contradictionem implicat quod deus ordinaret eum dare alicui sine charitate aut alio dono creato etc. Tertio sic. quia nullam contradictionem implicat quod deus ordinaret taliter quod quicumque decederet sine charitate vel gratia tali lege stante esset amicus dei et dignus vita eterna. illo modo dicto supra. prima est declarata. et antecedens patet. quia dei voluntas sufficit accepta re aliquem ad vitam eternam sine quocumque dono creato. et per hanc sola dei voluntas acceptans sufficit facere aliquem sibi carum gratum et amicum. et vita eterna dignum. seu dignificare ipsum. Et sic patet sufficienter conclusio probata.

Quarta conclusio probatur. quia absolute possibile est deum dare alicui charitatem et nunquam velle dare illi beatitudinem igitur etc. prima patet ex dictis. Et antecedens licet posset multipliciter probari. tamen ex hoc patet quod illud nullo modo implicat contradictionem. et per hanc est deo possibile. Secundo quia maxima charitatem habentes deus pure gratis acceptat ad beatitudinem. igitur absolute possibile est etc. prima patet et antecedens apparet per illud Ro. 6. Stripetis peccati mors. gratia autem dei vita eterna. Item Roma. 8. Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam. Item Lu. 17. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite servus inutilis sumus. Tertio. quia carenti charitate et gratia deus non est debitor illius. sed illam gratis donat sed propter hoc quod deus gratis donat aliquid quod munus non sit alterius muneris debitor. ergo ei cui dedit charitatem vel gratiam potest non dare vitam eternam. Et benigne iste due conclusiones possent multipliciter probari. sed videtur mihi ab eo clare quod non egent amplior declaratione etc. Ex predictis sequuntur aliqua correlaria. Primum est res-

Primi sententiarum

sponsus ad articulum scilicet qd charitas vel gratia est qda qualitas infusa. An de in duabus predictis conclusionibus visus sui iis terminis charitatis gratia vt supponunt absolute pro tali qualitate. vt sit sensus qd sine tali qualitate aliquis potest absolute amicus dei esse et cum tali qualitate non esse amicus dei. tamen vtendo illis terminis scilicet charitas et gratia: fm sua notatione de virtute sermonis iste propositiones essent pcedende. Aliquis habet charitatem vel gram. vel est amicus dei ergo est deo carus et gratus et ad vitam eternam acceptus et ea dignus quia illi termini hoc notant. et hoc non esset igitur conclusio vera. Secundo legitur qd nulla qualitas infusa est vel esse potest formaliter et intrinsece charitas vt gratia patet qd quilibet talis existens vel possibilis absolute potest esse et non facere aliquem carum vel gratum. igitur que libet talis absolute potest esse et non est charitas vel gratia. consequentia patet ex conuentione istorum terminorum. Et antecedens apparet ex dictis et per consequens sequitur qd nulla talis qualitas potest esse formaliter et intrinsece charitas. quia nihil est formaliter et intrinsece tale quod potest esse et non esse tale. Tertio sequitur qd de lege ordinata non est possibile creaturam rationalem diligere deum merito sine habitu infuso charitatis vel gratie. Patet ex prima conclusione. et cetera.

Quarto sequitur qd de potentia absoluta est possibile creaturam rationalem diligere deum merito sine habitu infuso charitatis vel gratie. Patet ex secundis conclusionibus et similiter quia actus dilectionis est meritorius ex diuine voluntatis acceptatione. modo ipsa potest talem actum acceptare ita bene si non sit in gratia siue in puris naturalibus sicut si fiat in gratia. vt patet ex dictis. **Hic tamen est notandum** qd in istis duobus ultimis correlatis loquor de dilectione dei meritoria vite eterne. vnde cum meritorius dicatur in respectu ad premium et premium sit duplex scilicet

eternum et temporale. satis constat qd etiam de lege ordinata aliquis possit ipsum deum diligere merito ad aliquod bonum temporale sine habitu charitatis vel gratie et non ad vitam eternam. Quia diligere deum merito isto modo est sic diligere qd aliquis pro illa dilectione premiatur premio eterno vel premiatur si finaliter decederet sine peccato. Et isto modo aliquis sine electus ad vitam eternam siue non dicat mereri vt tam eternam. igitur. Aliqui tamen fm aliam assignationem huius quod est mereri vitam eternam aliquando dixerunt qd nullus reprobos meretur vel vnquam meruit vitam eternam quia si mereretur ipsam aliquando haberet ipsam. cum mereri dicat respectu premij. Et iste modus dicendi videtur mihi valde probabilis. nisi quia non bene sonat in auribus multorum. Ideo melius est dare assignationem per quam possit sustineri qd vterque scilicet tam reprobos qd electus aliquando mereretur vitam eternam licet multum sit difficile hoc assignare de virtute sermonis propter hoc qd talis conditionalis est de virtute sermonis impossibilis alio quo demonstrato prelati vel reprobo. si iste decederet sine peccato vel si iste perseueraret in bono ipse premiaretur premio eterno. quia absolute statet ita esse sicut significatur per antecedens et non esse ita sicut significatur per consequens ergo conditionalis est falsa de virtute sermonis. et per consequens impossibilis. sicut de hoc forte alias videbitur. Aliqui autem assignataliter id ipsum quod est mereri vt tam eternam. non videntes illo modo loquendi conditionalis. Unde dicunt qd ille dicitur mereri vitam eternam qui aliquem actus facit vel in aliquo statu est pro quo deus voluit etiam voluntate bene placit qd talis sit dignus vita eterna. Sed forte si inquiratur. quid est sic esse dignum. oportebat redire ad primum modum. Nolo tamen hic insistere. sed concessio isto modo loquendi dico qd fm hoc alique propositiones sunt pcedende. **Prima est qd aliquis est dignus**

Questio nona

vita eterna et meretur ipsam qui tamen nunquam habebit eam. Patet de reprobo qui licet quoadmodum mereatur et sit dignus vita eterna. quia est in gratia. tamen non habebit vitam eternam eo qd indignus habebit se postea et non reuertetur ad talem dignitatem. ideo damnabitur. Secunda propositio qd aliquis non est dignus vita eterna nec meretur ipsam. et potest fieri dignus ea per aliquam mutationem in ipso factam ad aliquam supernaturalem formam scilicet charitatem vel gratiam. Et sic communiter de lege ordinata fit aliquis dignus qui prius non erat dignus. et talis potest dici dignus fm presentem iustitiam. quia non est possibile qd aliquis fiat de nouo dignus fm eternam preclentiam. Tertia est qd aliquis non dignus vita eterna potest fieri dignus ea de potentia absoluta absque aliqua mutatione in ipso aut in quolibet alio facta. preter solam transitionem temporis existens vel possibilis. patet. qd sicut rex potest statuere inuentos in camera die lune debere premiari. sic nulla est contradictio qd deus statueret existentes sub amentura esse habituros beatitudinem et non ante vel post. quare. Quarta propositio est qd aliquis non est dignus vita eterna ab aliqua causa. creata sed a sola acceptatione diuina. patet satis ex predictis. Similiter licet de lege ordinata ad istam dignitatem siue ad meritum vite eterne concurrant cum causalitate et acceptatione diuina ipsa voluntas creata et charitas siue gratia. tamen absolute statet ista non concurrere. et tamen istam dignitatem esse meritum vite eterne. et per consequens non ab alijs sed a sola diuina acceptatione consistit ista dignitas vite eterne. pro quo facit istud dictum scripture. **Hester. s. hoc honore dignus est quem rex voluerit honorare.** An patet qd licet voluntas cause actum meritorium. ex hac tamen causalitate et non conuenit tali actui esse meritum vel vita eterna dignus. Unde sequitur ulterius qd licet aliquis sit dignus vita eterna in sensu prius dicto.

nullus tamen eam mereri potest de eo digno. et hoc intelligendo in sensu immediate tacto. sed de his magis alias videbitur. **Sed contra dicta** arguitur et primo contra secundam conclusionem. quia scilicet. cuius quilibet dei amicus sit deo gratus et carus. scilicet quod aliquis possit esse deo gratus et carus sine gratia vel charitate. quod videtur impossibile. sicut impossibile est qd aliquis sit albus sine albedine. Confirmatur. quia deus nihil odit nisi diuina voluntas reperiat in eo aliquid odibile aut displicibile ex natura rei. **Iuxta illud. psalmi.** Quoniam non deus volens inquirat in tuis. igitur etiam nihil est deo carum vel dilectum nisi quatenus in ipso est aliquid quod ex natura rei facit ipsius diligibile. hoc autem non potest in nobis poni nisi aliqua qualitas infusa. sicut charitas vel gratia. igitur. Secundo ad idem arguitur sic. quia impossibile est contra dictoria successiue verificari nulla mutatione facta circa res illorum. ergo si nunc verum est qd fontes non sit dei amicus vel deo carus et acceptus. et postea eius oppositum sit verum. necesse est mutationem esse factam et non in deo. ergo in illo nouiter caro. et non apparet alia mutatio nisi acquisitio aliquis qualitatis supernaturalis ipsius carum facientis. igitur. Confirmatur: quia si aliqua propositio verificatur per rebus. et ad eius verificationem due res non sufficiunt. necesse est ponere tertiam rem ad hoc vt ipsa sit vera. sed ista propositio fontes est dei amicus vel deo carus verificatur pro rebus et ad eius verificationem non sufficit deum esse et fontem esse. quia ipsis positus potest esse falsa. ideo requiritur alia res ab eis. et illa est charitas vel alius habitus supernaturalis. Tertio ad idem sic. quia quicumque est sine charitate vel alio habitu supernaturali ipse est in peccato mortali. sed nullus talis est amicus dei. igitur. minor est nota. si maior probatur qd prius dicta est peccatum mortale. Tum quis quis

Sponsus ad articulum scilicet quod charitas vel gratia est quiddam qualitas infusa. Unde in duobus predictis conclusionibus usus suus ut terminus charitatis gratia ut supponunt absolute pro tali qualitate. ut sit sensus quod sine tali qualitate aliquis potest absolute amicus dei esse et cum tali qualitate non esse amicus dei. tamen utendo illis terminis scilicet charitas et gratia: secundum suam notationem de virtute sermonis iste propositiones essent procedende. Aliquis habet charitatem vel gratiam. vel est amicus dei ergo est deo carus et gratus et ad vitam eternam acceptus et ea dignus quia illi termini hoc notant. et hoc non esset. igitur conclusio vera est. Secundo sequitur quod nulla qualitas infusa est vel esse potest formaliter et intrinsece charitas vel gratia patet quod quilibet talis existens vel possibilis absolute potest esse et non facere aliquem carum vel gratum. igitur que libet talis absolute potest esse et non esse charitas vel gratia. consequentia patet ex connotatis istorum terminorum est. Et antecedens apparet ex dictis et per consequens sequitur quod nulla talis qualitas potest esse formaliter et intrinsece charitas. quia nihil est formaliter et intrinsece tale quod potest esse et non esse tale est. Tertio sequitur quod de lege ordinata non est possibile creaturam rationalem diligere deum meritoze sine habitu infuso charitatis vel gratie. Patet ex prima conclusione. et cetera. Quarto sequitur quod de potentia absoluta est possibile creaturam rationalem diligere deum meritoze sine habitu infuso charitatis vel gratie. Patet ex secunda conclusione et similiter quia actus dilectionis est meritozus ex diuine voluntatis acceptatione. modo ipsa potest talem actum acceptare ita bene si non sit in gratia siue in puris naturalibus sicut si fiat in gratia. ut patet ex dictis est. Dic tamen est notandum quod in istis duobus ultimis correlatis loquitur de dilectione dei meritoza vite eterne. unde cum meritoz dicatur in respectu ad premiū et premiū sit duplex scilicet

His ergo distinctionib⁹ presuppositis ponā cōtra magistrū Gregoriū tres conclusiones responsales huic articulo.

Prima est q̄ omne possibile primo modo est oēm entitatem possibile deus potest facere accipiendo facere primo modo.

Secūda est q̄ omne possibile enunciabile deus pōt facere esse verū: accipiendo facere primo et secūdo modo. Tertia est q̄ nō omne tale possibile deus potest facere esse verū accipiendo facere primo modo. Probat̄ p̄ma cōclusio auctoritate scripture sacre. quia nō potest euidēter probari ratione. ut tactū est supra et post etiā dicitur. Ad hoc aut̄ est exp̄sa auctoritas Sap. 7. vbi de sapientia increata dicit̄ q̄ est omnū artificū et habens oēm virtutē. Et iterum cū sit vna oia potest. Igit̄ rē. Et iterum. Sapientie. 11. Quomodo possz̄ aliquid permanere nisi tu voluisses. Igitur non solus deus quodlibet possibile potest facere.

sed etiam factum conseruare. Imo sine ipso nō potest conseruari inesse. quare rē. Multe alię auctoritates scripture et doctorum possent induci sed iste sufficit cum rē. Secūda etiam cōclusio nō potest euidēter probari ratione sed p̄batur auctoritate. Primo per verbum xpi. Marthei. 19. Apud deū omnia possible sunt. Secūdo per illud Luc. 1. Non erit impossibile apud deū omne verbum. id est omne enunciable non implicans contradictiones. Tertio per illud Ben. 18. Nūquid deo est quicquid possibile. In omnibus autē his fit locutio de possibilibus complexis. ut patet in tuenti scripturam rē. Tertia cōclusio p̄batur. Nam possibile est nullam rem p̄ter deū esse. et tamen illud non potest deus facere loquēdo proprie de facere. Nam si illud sic faceret iam aliqd̄ p̄ter deū esset. Illud tamen potest facere secundo modo. Hanc autem conclusionem probat magister Gregorius per hoc q̄ possibile est creaturaz̄ peccare. et tamen deus non potest facere creaturā peccare. primo modo capiēdo facere. Et hoc ipse probat tripliciter. sed quicquid sit de veritate consequentis alias ostendat q̄ rationes sue nō sunt efficaces quando agam de causa peccati rē. Concedit tamen. et hoc est verū q̄ deus potest facere creaturaz̄ peccare et facere mala et peccata accipiendo facere secundo modo. quia hec permittit et posset ea impedire sic satis patz̄. Et

Ex predictis sequitur aliqua correlaria. Primo sequit̄ q̄ ad omnipotentiam quā deo attribuit̄ non pertinet q̄ omne possibile posset facere primo modo. Patz̄ de istis. deus nihil facit vel cōseruat rē. Secūdo sequitur q̄ ad omnipotentiam quam deo attribuitur pertinet q̄ omne possibile non verū ad qd̄ esse verum non sequitur contradictio seu primuz̄ principium non esse. possit facere esse verum accipiendo facere cōmunit̄ ad primum et ad secūdū modum. Siue breuius loquēdo. omne tale potest per diuinas potentiam esse verum patet ex predictis et deo possibile

ad qd̄ esse verum non sequitur rē. quia aliquid est enunciabile possibile ad qd̄ esse verum sequitur contradictio. sicut illud nullum enunciabile est verum rē.

Tertio sequitur q̄ non est nobis euidens nec demonstrabile per rationem: aliquam potentiam actiuam esse omnipotentem. patet. quia non est sic euidens aliquam potestatem actiuam esse vniuersaliter efficientem. Igitur rē. Consequentia satis patet. et antecedens apparet in secundo articulo et satis patz̄ ex aliis dictis. Quarto sequitur q̄ probabile est aliquaz̄ potentiaz̄ actiuā in qualibet actione p̄terigi vel esse vniuersaliter efficientem. tam probabile est eam esse omnipotentē. Patet clare. q̄ illa potentia est omnipotēs que potest facere quicquid potest fieri. sicut patet ex quid nominis. sed quicquid poneret causam vniuersalem in genere cause efficientis poneret eam potentem facere quicquid posset fieri. ut patet ex quid nominis cause vniuersaliter efficientis rē. Quanto patet clare ex predictis. quia illi philosophi qui posuerunt non posse fieri alium mundū. et nihil posse creati. et materiam a nullo posse fieri. et etiaz̄ ponentes plura necessarie esse. sicut corpora celestia et intelligentias celestes. et tamen cum hoc ponentes vna causam primaz̄ vniuersalem in genere cause efficientis habebant consequenter ponere eam esse omnipotentem. patet manifeste ex predictis. Sexto patet ex hoc q̄ licet ista consequentia sit bona. deus est omnipotens. ergo deus potest alium mundū facere vel aliquid creare. vel potest se solo quicquid potest cum alio. tamen nullo modo est euidens naturaliter. patet q̄ sit bona. quia consequens est necessarium rē. Sed q̄ nō sit euidens satis patet. imo antecedens est probabile in naturali lumine et non consequens. imo magis oppositum ut satis patz̄. et magis patebit in secundo articulo. S̄ Septimo sequitur q̄ deus est omnipotens: non solus quo ad effectum. sed etiam quo ad efficiendū modū. patet hoc. Pro cuius decla-

ratione sciendū est q̄ omnipotens potest dupliciter intelligi. Vno modo quo ad effectum. scz̄ quia potest in omnē effectū. Alio modo quo ad efficiendū modū. scz̄ quia se solo possit in omnē effectum. Atroz̄ autem mō de us est omnipotens. De primo enim nō est dubiū ut patz̄ ex predictis. sed de secūdo modo probabile est s̄m fidē ut patet ex secundo correlario. et magis patebit ex secundo articulo. Et tunc patet q̄ probabile est in lumine naturali aliqua potentiam esse omnipotentē quo ad effectum. h̄ nō sic quo ad efficiendū modū patet. quia primus est sic probabile et non secundū saltes non ita apparenter sicut sibi oppositū. sicut hec omnia magis patebunt ex secūdo articulo. Ex omnibus supradictis patet respōso ad argumentum factum primo loco ante q̄ positum. Unde s̄m illos qui tenent q̄ deus est causa peccati et potest causare aut velle peccatū sicut Deum. B̄n̄d. et plures solēnes doctores concedit negaret minor et negaret vltra illa p̄na deus potest facere peccatum. ergo pōt peccare. q̄ per p̄na importat q̄ de⁹ possz̄ aliquid malefacere vel aliquid qualis nō debet qd̄ est impossibile. hoc aut̄ nō denotat per aīa. S̄z̄ de hoc als̄ Sed s̄m illos q̄ illud nō tenet negaret talis p̄na quicquid est possibile fieri de⁹ potest facere. sed peccatum potest fieri a creatura. ergo peccatum potest deus facere. Unde hic est fallacia figure dictionis. quia in maiori distribuitur vni. simpliciter absolutum p̄ hoc distribuitur quicquid et in minori accipit sub illo vnum connotatiū. quia peccatum vel peccare non tantū importat illam rem q̄ p̄ducit sed etiā importat aliq̄ue obiectū ad p̄positū illius qd̄ faceret omittit. ideo est fallacia figure dictionis. Et pōt dari exemplū si arguit̄ sic. quicquid pōt fieri deus pōt facere. sed creatura potest moueri. ergo deus potest moueri. Illud enī valet p̄na. q̄ moueri non importat p̄cise destructionem alicui⁹ rei sed cōnotat destrui eam rem que dicit̄ moueri. Et

No qm̄ tenet a bono de ista p̄na deus pōt peccare

Primi sententiarum

ideo licet deus potest causare destructio- nem rei que mouet. tñ non potest mori in propria natura. sic in proposito etc. Et hec de primo articulo. **D** Quã- tum ad secundũ articulũ in quo viden- dum est utrũ deus sit prima causa vni- uersaliter omnifaciens. Primo videbitur quid tenendũ sit circa hoc fm fides. Secũdo quid videndũ esset sequendo rationẽ naturalẽ. Circa primũ prenũ- tam aliquas ppositiones que sunt sup- ponẽde ex fide. nec possunt euidenter p- bari ex ratione. Prima est qd omniũ qd sunt deus est causa ea de nõ esse ad eẽ pducens. Patet per illud Job. 1. **D**ia per ipm facta sunt. Et illud symboli fa- ctorem omniũ visibilũ et invisibilũ etc.

Secũda est qd omniũ que sunt deus est causa ea immediate de non esse ad esse pducens. Hec ppositio est contra illam opusione quã recitat Augustinũ. s. super Gen. ca. 23. vbi dicit. Sunt em̃ qui arbitrant tantũ mundũ ipm factũ a deo cetera fieri iam ab ipso mundo si- cut ille ordinant et iussit. deũ aut ipsũ nihil operari. hãc ibi expresse reprobatur Augustinũ. Et per illud verbũ xpi Job. 5. Pater meus vsq; modo operat etc. et p multas alias auctoritates. Et ibidez determinat per multa capitula. qd pdu- ctione cuiuslibet effectus deus immediate simul cũ alijs causis secundis cõcurrit et pncipaliter ppter quã pncipaliter dicit aliqũ ista non nisi a deo fieri et ipa creati etc. Tertia ppositio est. qd oĩum que facta sunt deus est causa ea imme- diate in esse conseruans. patet pmo per auctoritatẽ sapientis supra inductaz in pmo articulo. Item ad Lolloc. 1. **D**ia per ipsum et in ipso creata sunt. Et seq- tur. Et oĩa in ipso constant. Itẽ Heb. 1. **P**otans oĩa verbo virtutis sue. **A**bi- glosa. sicut ab eo creata sunt omnia. ita per eum conseruatur. Plures sunt alie auctoritates scripture et Augustini.

Quarta ppositio est qd omniũ qd sunt vel facta sunt solus deus est immediata causa pducens vel conseruans. Patet qd nulla est causa prior a qua moueatur ad causandũ. vt dicit Augustinũ et pro-

bat magister in littera. Quinta est qd non oĩm que sunt vel facta sunt solus deus est immediata causa pducens vel conseruans. Patet quia aliter sequitur qd creatura nihil immediate pduceret vel conseruaret. cõtra illud Lu. 21. vbi xps dicit qd arboros pducunt ex se fructum similiter videntur qd ad absentiam solis desinit eius lumen. ergo pbabile est qd sol ipsum pducit et cõseruat. Et multa possent induci sed satis patet. Sexta est qd omniũ que sunt vel facta sunt solus deus posset esse immediate causa p- ducens et conseruans. p̃ pmo negatiua exclusiue. scz qd nihil aliud a deo se solo hoc possit facere. qd ad minũ sup̃p̃ nõ potest esse causa etc. S; affirmatiua exclusiue. scz qd deus hoc potest solo ly nõ posset pbari euidenter ex scripture. tamen apparet pbabilis fm fidem. qd nihil e a deo distinctũ quõ possit eẽ absq; alio creato ab eo totaliter distinctũ. qd quodlibet tale est contingens fm veri- tate fidei. nec ad ipsũ esse sequitur ne- cessario aliud creatũ ab eo distinctũ eẽ. nec per p̃ns ad ipsum nõ esse aliud nõ esse. Et per p̃ns deus potest se solo quicquid potest cũ alio etc. Septima ppo- sitio est qd quicquid deus facit vel con- seruat libere et non necessario facit vel pseruat. p̃ pmo auctoritate supra alle- gata. Sap. 11. Itẽ in psalmo. quecũq; voluit fecit. Itẽz Eph. 1. Deus oĩa ope- ratur fm consiliũ voluntatis sue. ergo libere et ptingenter. Verũ est tñ qd ista p̃na non est euidentis. quia posset dici qd licet deus operat p̃voluntate et per li- bertate cõtingentie. sed tñ p̃na illa est catholica. Itẽz p̃z aliter quia si nõ etc. sequit qd aliud a deo esset necesse esse: qd necessario deus illud faceret et pser- uaret etc. Octaua ppositio est quicquid deus facit vel cõseruat ptingenter vult facere vel conseruare. Patet ex alia. qd impossibile est eũ facere vel cõseruare aliquid et nõ velle facere vel conseruare illud. vel etiã econtra. Et per p̃ns sic- cut contingenter facit sic vult ptingen- ter facere. Sed p̃ra hanc ppositionẽ

Questio tertiadecima

est quedam opusio dicens qd deus nihil vult contingenter facere quia aut illud velle simpliciter in se esset contingens quod non potest dici. cuius illud velle sit deus et p cõsequẽs necesse esse. **H**ut ha- bitudo illi velle ad illud quod vult fa- cere esset contingens. hoc nõ. quia nõ po- test assignari que res est. illa habitudo utrũ ens rationis vel reale nisi ponatur qd sit ipsum velle diuinũ. Et per cõ- sequẽs sicut ipm est simpliciter necessa- rium sic et illa habitudo. et p̃ns necessa- rio vult. **U**nde finaliter concludit hec opinio qd deus producit quicquid pro- ducit absq; hoc qd determinet per aliqũ velle intrinsecũ ad producẽdũ et tamẽ dicitur volũtate pducere. quia in sua potestate habet producere et nõ produ- cere. **H**ec aut opinio falsa e. nec sufficiẽ- ter seipam exprimit. ideo dico breuiter qd sicut deus cõtingenter aliquid facit for- re. sic cõtingenter aliqd vult facere. **H**ec ex hoc sequitur qd in deo vel dei sciẽtia vel volitione sit contingẽtia intrinseca. **U**nde ad rationẽ oppositam dico qd nec velle diuinũ quo vult aliqd facere nec eius habitudo ad illud est contingẽs s; simpliciter necesse esse. ipsum tamẽ velle e ptingenter velle faciẽdi illud et habi- tudo e ptingenter habitudo ad illũ sicut dicitur est supra d p̃sciẽtia respectu su- turũ contingẽtis et similis difficultas est utrobiz. **N**ona ppositio e qd hez de- us sit necessario omnipotens tamẽ con- tingenter est omnifaciens. patet ex dictis. **D**ecima est qd quicquid necessario deus e omnipotens tamẽ necessario si aliquid sit ipse est omnifaciens. patz sicut nihil sit sine ipso sic nihil potest fieri sine ipso vt diffuse pbat **B**rands. in summa sua **U**nde hec est radix ad defendẽduz cau- sam dei contra **D**elagius. vt patebit in secundo etc. **I**stis ppositio- nibus presuppositis ex fide consequen- ter vidẽdum est quid circa hec sit pba- bile naturali ratione. **U**nde sit hec vn- decima ppositio. qd probabile est na- turali ratione qd omnium que sunt vel facta sunt deus est p̃ma causa ipsa. me- diate vel immediate producens vel cõ-

seruans. patz. quia probabile est deum esse causam primã actiuam p̃fectissimã et p consequẽs vniuersalẽ respectu om- nium effectũ. **N**on est tamẽ ita apparẽ- ter pbabile qd deus sit immediate cau- sa oĩm effectũ. quia multi philosophi concedunt primũ et negant secundum sicut supra etiã p̃z. **E**t qd fuerit circa h̃ opinio Aristotelis. dubium e quicquid tamẽ sit d hoc vico qd p nullam rationẽ multam apparẽtẽ potest probari deum non eẽ causam immediate cõcurrẽtẽ ad omnẽ effectum etc. **D**uodecima p- ppositio est qd non est ita probabile natu- rali ratione qd deus possit immediate fa- cere se solo quicquid potest cum alio si- cut oppositum licet neutriũ etiam sit ve- monstrabile. patz. quia cõmuniter oēs phi cõcesserunt qd ex nihilo nihil potest fieri sicut patz primo philicoz. ergo sal- tem in istis generalibus et corruptibili- bus non potuissent deus per se posse fa- cere formas generabiles et corruptibiles. **U**ltter sequitur qd posset creati qd est contra suppositum quod est probas- bilius in naturali lumine qd suuz oppo- situm quicquid nõ sit demonstrabile. **E**t si petatur vnde philosophi mouentur ad ponendũ causam secundam necessario concurrere. dico qd propter hoc quia vt dicit qd causa secunda approximata se- quitur effectus et ipsa non posita nõ p- ponitur. **Q**uam rationem tangit philo- sophus secundo de generatione ad pro- bandum solem esse causam istorum in- feriorum. **I**tem illud etiam posuerunt propter hoc. quia cum deus fm eos sit causa naturalis: et non libera libertate p̃dictionis. si posset aliqũ effectũ pdu- cere sine causa secunda quem producit cum ea. sequitur qd ante approximatio- nem cause secunde pduceretur effectus ille propter existentiam cause sufficien- tis. cuius tamen experientia declarat op- positum. **H**ec tamen propter hoc nega- uerunt deum esse causam primã oĩm effectuum vel immediate vel saltẽ me- diate. **E**t si dicatur qd causa prior prius agit. ergo in illo prior nõ agit causa se- cunda etc. **D**ico qd non est imaginanduz

Primi sententiarum

q̄ causa dicatur p̄ma. quia in aliquo instanti priori operetur ad effectum et in secundo instanti operetur causa secunda ad eundem effectum. sed in eodem instanti totaliter vtrius. Et ideo negatur de virtute sermōis q̄ causa p̄ma p̄ agit nisi intelligitur prius. id est p̄ncipaliter et perfectius. vel aliquo tali modo.

Decimatertia est q̄ probabile ē naturali ratione q̄ quicquid deus agit ipse agit libere. Patet. quia nobilissimus modus agendi scilicet per intellectum et voluntatem est deo attribuendus. ergo deus agit libere. quia per voluntatem seu voluntarie saltem libertate cōplacencie. Non est tamen ita apparenter probabile q̄ libertate contingente. quia non est clarum q̄ omne agens p̄ voluntatem agat contingenter. non naturaliter. Nam multi p̄bi concedunt deum agere per voluntatem. et tamen necessitate nature etiā multi theologū concederēt q̄ deus per voluntatem produceret spiritū sanctū et naturam naturaliter et necessario. ergo eodē modo stat q̄ deus agat per voluntatem vel voluntarie et tamen necessitate nature Ideo sit hec q̄rtadecima propositio q̄ non est ita probabile naturaliter ratione q̄ deus agat libere libertate contingente. sicut oppositum licet neutrum sit demonstrabile. Patet ex predictis in duodecima propositione. Si vero dicatur cōtra q̄ aliqua causa agit contingenter. ergo prima causa etiā agit contingenter. Antecedens patet d̄ voluntate creata. que etiā a p̄bo conceditur esse libera. Et sequētia tenet quia quelibet causa secunda agit inquantum mota a prima. et per consequens eodē modo mouebit et causabit sicut prima. Dico hic q̄ illa cōsequētia a multis p̄bis negaretur et ratio esset quia dicerēt q̄ voluntas non dēpēdēt a causa prima nisi in conseruari et non in suo libere operari. v̄ si ita foret q̄ nō staret scōdam causam agere prima non coagēte. tamē ad huc nō sequit̄ q̄ necessario agerz causa secunda quomā nō stat voluntatē velle nisi intellectu coagēte. Et tñ nō sequit̄ intellectus necessario intelligit. ergo volū-

tas necessario vult. Et sic in proposito. Dico tamē q̄ prima solutio est probabilior q̄ secunda. quia cū idē effectus nō possit esse necessario ab vna causa et contingenter ab alia videtur mihi q̄ si concederet q̄ deus coagit immediate ad actū voluntatis. quod si contingēter et libere est a voluntate etiā contingēter est a deo. Et sic cōcessa libertate contingētie in voluntate creata etiā concedēda erit in voluntate diuina. quare r̄. R

Si autē queratur quid sup hoc senserit Aristoteles. dico q̄ eius intentio fuit q̄ deus nō operatur libere libertate contingente. Aliter habuissz concedere q̄ ipse potuissz velocius et tardius mouere primū mobile. et tamē talē libertatē concessit in bonis respectu actū quos operatur voluntarie. vt p̄ in libris moralibus. Unde sequitur. q̄ si ipse concessisset deū coagere in omni operatione ipse inconueniēter locutus fuisset d̄ libertate in homine et in deo. vt patet ex dictis. Quia illo supposito dico q̄ illas sequitur ista. scilicet dubium est quid sup illo senserit Aristoteles d̄ quo alias videbitur.

Ex supradictis patet responsio ad secundā rationē ante oppositum questionis. Unde quādo dicitur nō esse faciēle r̄. ergo r̄. Primo dico q̄ licet antecedēs sit probabile naturali ratione v̄ dictum fuit. tamē fm fidem est impossibile. et ideo consequētia est bona. Dico tamē secundo q̄ probatio consequētie non valet. quia aliqua causa nō dicitur prima. quia possit se sola quicquid potest alia. sed dicitur prima quia a nulla alia est causata et quelibet alia est causata ab ea: vel immediate vel mediate.

Tertio dico ad probationē antecedētis. q̄ licet deus nō possit se solo facere actum odij dei. vt patet ex dictis in alia questione. tamē actus odij dei potest se solo facere. quia ille actus potest esse et non esse odium dei et p̄ consequens esse et non esse peccatus. Quarto dico q̄ improbatio illius vltimus non valet quādo infertur q̄ ergo deus nullo coagēte possit actus culpabilē facere. quicquid enim sit de consequēte. consequētia nō

Questio tertiadecima

valet. sed bene sequitur q̄ ergo actus culpabilem vel peccatum potest deus nullo coagente facere. ex qua non sequitur prima. sicut nec sequitur motus deus potest facere viuēs. ergo deus potest facere motus viuēs. Si vero dicatur cōtra hunc actū potest deus facere nullo coagente et hic actus non potest non esse culpabilis. Igitur r̄. Respondeo negando minorem quia odium dei potest non esse odium. Unde si illum actū quales odium dei in mente dyaboli deus poteret sine subiecto tunc non esset odiosus nullus esset eo odiosus. imo forte fm supradicta si entitas illa fieret a solo deo in ipsa voluntate adhuc non esset odium. nec voluntas ipsa formaliter odiret. cum ad hoc requiratur q̄ talis actus partialiter efficiat r̄. Quicquid tamen sit de hoc secundo primū est satis certum. et sufficit ad propositū quare r̄. Et hec de secundo articulo

Quantum ad tertium articulum. in quo videndum est utrum deus sit potentia infinita. Primo videbitur utrum deus sit potentia vigoris in finiti siue infinite productus. Secundo videbitur vtrū deus sit potentia aliquid cuius entitas infinite productus. Tertio videbitur utrum deus sit potentia aliquid cuius finiti infinite productus. Circa primum punctum est opinio Egidij vicetis q̄ non solum fm fidem deus est concedendus infinite potentie intensiue. sed etiam hoc idem tenendum fm Aristotelis opinione. Et q̄ illa fuerit Aristotelis opinio ostēdit ex processu eius. 8. phisicorum capitulo. primo. vbi probat deus sine primū motorem non esse comūctus magnitudinē per hoc q̄ est infinitus. nec videt q̄ solum intelligat de infinitate in duratione. quia tunc ratio non procederet. vt patet. quare r̄. Sed magister Gregorius tenet q̄ ista non fuerit opinio philosophi. propter quod duo supponit.

Primum est q̄ deus est motor proprius primi orbis. Secundum est q̄ fm opinionem Aristotelis deus mouet ipsum de necessitate nature et non

contingenter et libere. Aliter enim posset irregulariter et velocius et tardius mouere. imo nō oīno mouere. cuius oppositum p̄bat scōdo celi. Ex his arguit q̄ si deus esset hoc modo potentie infinite. sequitur q̄ deus moueret orbem suum in instanti quod est contra experientia. Et p̄na p̄ q̄ mouet orbem p̄ primū suppositū: et mouet naturaliter non libere per seipsum et per p̄ns fm vltimū sue potentie. sed fm p̄m et fm veritatē si aliqua virtus naturaliter mouens esset infinita intensiue moueret in instanti. h̄e r̄. Itē scōdo celi cōmento. 36. dicit cōmentator. credendum est q̄ potentie mouentis sunt terminatē p̄positio ad corpus mota. et q̄ infinitas nō inuenitur in eis nisi p̄pter eternitatē. quare r̄. Unde sciendum p̄ solutione rationū ad oppositū q̄ aliquid potest dici infinitū quattuor modis. Vno modo in duratiōe: quod durat eternaliter. Et sic fm p̄m nō solum deus est infinitus sed oēs alie intelligentie et celū. imo materia prima. Alio modo: quod mouet tempore eterno. et sic sole potentie actus sicut infinite sicut intelligentie et corpora celestia q̄ mouent vel localiter vel saltem motu alterationis r̄. Alio modo: quod mouet motu fm loci tpe eterno p̄m et immediate. Et sic fm p̄m nō solum deus est infinitus sicut intelligentie sunt in finiti. Quarto modo: quod est infinitus simpliciter. vel fm quantitatē vel fm vigorem. Et sic fm p̄m nihil est infinitum nec fm quantitatē perfectiōis nec fm intentionem vigoris. Sed quecumque fuerit opinio Aristotelis. tamen magister Gregorius tenet q̄ quelibet sequendo rationem naturalem habet ponere aut saltem non negare q̄ est aliqua res infiniti vigoris intensiue et deus est illo modo infinitus. patet. q̄ hoc importat dignitatem: nec includit contradictionem. vt nititur persuadere. igitur r̄. Ego autem dico q̄ siue istud sit probabile siue non sequendo rationem naturalem: utrius oppositum videtur magis defendendum. Nec istud est ita possibile sicut oppositū. Patet primo ex dictis in alio articulo scilicet ex duodecimo et q̄rtadecimo

Primi sententiarum

propositionibus. Secundo patet qd p
babile videt sequendo rōem naturāle q
quodlibet possibile poni in eē possit poni
in eē p eādem seu virtutē finitā q̄ opposi
tum: cū pbabile sit nullum effectum
posse esse infinitū q̄ oppositū. igit̄ rē.

Tertio patet qd probabilius videt nihil
posse moveri in instanti q̄ oppositum.
Et tñ si primus motor esset virtutis in
finiti sequitur qd posset movere in instā
ti quare rē. **M** Si vero dicatur

pra istam rationē qd fm fidem pceden
dum est deum esse infinitū intensiue si
ue virtutis infiniti: tñ non concedendū
ipsum posse movere in instanti. ergo il
la ratio nulla rē. Maior patet r minor p
batur: qd ad illud sequitur p̄dictione.
Tum p̄mo: qd motus est successio que
in instanti esse non potest. Tum secun
do: qd mobile simul esset in omnibus p
tibus spacij super quo moueretur. Tñ
tertio: qd pari ratione posset celum mo
uere reuolutione completa in instanti.
sed hoc est falsum. Nam sequitur qd esset
mutatum ppositum: r tamen non esset
mutatum ipsum totum r quelibet eius
pars esset in eodem loco primo in quo
prius fuit: et totaliter se haberet ad lo
cum. sicut si fuisset quiescens r non mo
tum rē. Respondeo concedendo ma
iorem quis non posset euidenter osten
di ex scripturis. sed pro minore distin
guo: qd motus vel moueri potest capi di
pliciter. Uno modo stricte. r sic requirit
successionem. Alio modo large pro mu
tatione subita. r sic cedo qd primo mo
do non est concedendum fm fidem deū
posse movere in instanti. quia includit
contradictionem vt bene arguit prima
p̄batio. Sed scdo modo bene concedē
dum est: nec illud includit contradic
tionem. Ande ad scdam improbationem
pōt dici negando p̄nam. qd deus potest
corp⁹ subito de extremo ad extremum
mutare non mutādo ipsum per mediū
sicut patet de corpore christi dum cōsi
citur in altari. Vel aliter pōt dici pcedē
do scilicet qd deus pōt mutare aliquod
corpus subito de extremo ad extremum
ita qd in illo instanti illud corpus simul

esset in omnibus partibus spacij r post
instans nō esset nisi in termino ad quē.
Nec hoc videt plus impossibile q̄ idēz
corpus per tēpus esse in diuersis locis.
Et p̄sū potest dici ad tertiā improbat
ionem de celo. qd deus potest ipsuz sub
ito mouere. qd si faceret celum esset mu
tātū. Et qñ arguit ppositū: qd esset p
illo instāti in loco in quo pri⁹ fuit. Dico
qd nō sequit̄: ergo nō est mutātū fm locū.
qd si vnū corpus existens in oriente de
us poneret in occidentē. non remouēdo
ipsum de priori loco illud esset mutātū
fm locum: quis esset in eodem loco in
quo prius. Sic in proposito. quis cellū
esset in illo instanti ipsum r oēs eius p
tes in eodem loco in quo prius. tamen
in eodem instanti ipsum et quelibet ps
eius esset in alio loco in quo prius non
fuit. r ideo esset verū ipsuz esse mutātū
Et ex ista solutione patet p̄firmatio p
positi cum ista non sint pbabilia sicut
opposita rē. r probabiliter sequant̄ ad
illud rē. Et hec de primo p̄dicto. **M**

Quantum ad secundum punctum
vtrū deus sit potētia alicuius entis in
finiti absolute. pductius. Primo ponā
tres conclusiones. Secūdo soluiam ali
quas obiectiones. Prima conclusio est
qd non est euidēs vel demonstrabile in
naturali lumine qd impossibile sit magni
tudinem actu infinitā esse. Probat. qd
nulla implicatur p̄dictione euidens ex
hoc qd ponit aliquod corpus posse esse
infinitū cum infinitas non tollit rōnem
corporis aut magnitudinis. nec ecōuer
so corpus rationem infinitatis. Secū
da conclusio est qd probabile est qd possibi
le sit deum aliquā multitudinē aut ma
gnitudinē actu infinitam facere vel p
ducere in esse. Ande dico qd siue hoc si
ue oppositum sit probabile in natural
lumine. tñ hoc est probabile in fidei lu
mine: r probabilius q̄ opposituz fm fi
dem. patet primo de multitudinē: quia
non plus apparet repugnare qd deus
possit facere multitudinē actu discretā
et non facientem per se vnū p̄tinuz
q̄q̄ faciat multitudinēz actu non dist
sam facientē vnū p̄tinuum: sed fm non

Ad qd dicitur p̄ vnū
et p̄ vnū qd dicitur
ex parte ad aliud ex
parte. r manifestū
modū

Questio tertiadecima

repugnat imo sic facit in quolibet cōti
nuo. nec ergo primuz repugnat. Dicit
me fm fidē qd ponit qd quicqz multitudine
angeloz data deus potest facere ali
quem alium angelum. Secundo patet
proposituz de magnitudine. quia si de
us potest facere infinitam multitudinē
corporum finitoruz actu distinctoz per
primam partem sequitur propositum.
quia quodlibet corpus quod potest fa
cere pōt alter vnire. Ande pot argui i
qualibz parte proportionabili alicuius
horz deus potest facere vnū lapidem
pedalez r in fine horz omnes simul vni
re. r per cōsequēs infinitos lapides pe
dales rē. quare rē. Tertia conclusio ē
qd p̄probabile est qd possibile sit deū ali
quam multitudinē: vel magnitudinē
extensiuā actu infinitam facere tam p
babile est qd possibile sit ipsū aliquā lati
tudinem intensiuā actu infinitā. pduce
re in esse. Primo patet. quia nulla ratio
fieri posset contra secunduz quin eque
focis fieret contra primum rē. Secū
do quia si forma aliqua sicut calor esset
infinita intensiue nō p̄ter h̄ exiret me
tas speciei p̄rie. Arguit rē. Tertio qd
si omnis calor possibilis esset actu. calor
esset infinitus. Patet consequētia s̄ an
cedēs probat. quia sicut de⁹ potest vel
le qd nullus calor possibilis sit actu: ita
potest velle qd omnis calor possibilis sit
in actu. quia nulla apparet repugnātia
in vno plus q̄ in alio. r primum potest si
cut patet aū mūdi creationē. igit̄. p̄ba
bile ē qd possit velle scdm rē. **M**

Sed contra predicta obiecitur p̄mo qd
euidētē implicat p̄dictionē aliquod
corpus esse actu infinitū. quia tale esset
quantū et per cōsequēs esset bicubitum
vel tricubitū. r sic de alijs speciebus quā
ti. Consequētia patet. quia omne quātū
est in aliq̄ specie quāti. Sed cōsequēs
implicat. quia si esset bicubitum esset si
guratum. et per p̄is finitum. Secūdo
qd tale posset localr moueri vel non. Si
dicatur qd nō. Contra deus est virtutis
infinitē. ergo posset mouere corpus infi
nitum si esset. Si dicatur qd sic. Contra

ergo est finitum. cōsequētia patet. quia
vtra se haberet spacium in quo recipere
tur. sed impossibile est qd aliquid sit infi
nitum: et habeat vtra se spacium rē.

Tertio contra scdā cōclusionē. quia
si esset aliqua multitudo actu infinita v
etiā magnitudo. aliqua eius pars esset
infinita scz residuū p̄ter vnā partem
finitam. r p̄ cōsequēs nō esset maior illa
sua parte infinita. Consequētia patet. qd
vnū infinitū non est maius alio. Et fal
sitas cōsequētis patet. qd tunc pars esset
equalis toti. nec totū esset mai⁹ sua pte
quod implicat p̄dictionē euidentēz

Quarto pra tertiā. quia tūc de⁹ pos
set facere grauitatē r caliditatē infinitā.
r per cōsequēs illa posset mouere suum
mobile v̄ calefacere suum calefacibile
in instanti. ergo quo ad mouere ipa eq̄
retur virtuti dei. Consequētia patet. qd
deus non potest citius mouere qd in in
stanti. Et falsitas consequētis patet. qd
impossibile videt qd creatura possit i ali
quo eq̄ri suo creatori. Ad ista respon
detur. Ad primam negat cōsequētia. qd
non valet tale argumentū nisi de quāti
tate finita. Ande fm p̄m si q̄rat quan
tum tempus p̄terit p̄uenit r̄ respō
detur qd infinitum rē. Et ad p̄bationē
cōsequētis dicit. qd tale esset alicui⁹ spe
ciei quāntitatis. nō que iam sit de facto
nec sequitur. ergo bicubitū rē. quia sūt
spēs quāntitatis finite. sed est possibilis
alia spēs quāntitatis infinite. Ad se
cundam respondet magister Gregori⁹
per duas p̄dusiones. Prima est qd cor
pus infinitum si esset posset a deo mo
ueri circulariter seu giratiue. Secun
da est qd si tale esset omniūqzqz infini
tum nō possit moueri motu recto. si aut
esset fm aliquam dimensionem finituz
fm illam posset moueri: et non fm illaz
fm quam esset infinitum. Primaz pro
bat. qd ad illaz non sequitur aliqua cō
tradictio. Ande si orbis solaris esset in
parte superiori v̄ndiqz infinitus nō ap
paret propter quid deus qui est infini
te virtutis ad mouendū non posset illū
girare. ita qd sol r quelibet pars eius in
concauitate ipsius se haberet in equali
r iq

Primi sententiarum

distantia a terra sicut nunc. Ex hoc inferat qd pibus non demonstrat primo celi. celi non esse actu infinitum. qd tamen creditur fecisse. Unde postea soluit alijs rationes phi. Sed secundam conclusionem probat quo ad primam partem proportionem factam arguendo qd impossibile est qd aliquid sit omniquaq; infinitum et habeat ultra se spatium. Sed secundam partem probat qd non videtur repugnantia qd aliquid moueatur versus illam partem versus quam est finitum: sed si moueretur versus aliam sequitur inconueniens prius illatum. Igitur. Sed contra ista dicta arguit sic. Primo qd finitum concessum ab eo non repugnat infinitum sed finitum partem moueri versus aliam in qua est terminatum. Allego ergo unum punctum in tali omniquaq; infinito. cum igitur illud qd est ex una parte illius puncti sit terminatum in puncto dato. et etiam illud quod est in alia parte sit terminatum in eodem puncto. et cuius penetratio corporum absolute non repugnet sequitur qd totum illud omniquaq; infinitum possit moueri localiter. Unde ut facilius habeatur imaginatio arguo sic. Sumo punctum a. et sit centrum terre et mundus sit infinitus. tunc ab illo puncto imaginentur quattuor linee in infinitum protrahere in a. puncto se interceptantes ad angulos rectos. et volo qd interceptu inter duas illarum moueatur in illud plenus interclusum inter alias duas. et sic volo de omnibus spatiis interclusis. Cum igitur illud totum omniquaq; infinitum sit illa spatia interclusa in datis lineis sicut totum est siue partes. sequitur qd illud moueri possit. Secundo non magis videtur repugnare qd linea aliqua moueatur versus illam partem ubi est infinita: qd versus aliam ubi est finita. sed secundum non repugnat p aduersariis. igitur nec primum. Probo assumptum: qd mouendo versus partem ubi est infinita non propter hoc sequitur qd ultra sit spatium aut locus in quo recipiatur sicut finitum non sequitur qd mouedo versus partem ubi terminat declinat spatium in quo erat.

Et ideo videtur mihi qd suppositis quibus scilicet uno omniquaq; infinito. et alio finitum partem terminat non apparet quin probabiliter possit sustineri qd illud omniquaq; infinitum moueri possit recte sicut circulariter. Et si quatur in quo recipitur. dico qd in nullo: sicut etiam non desinit esse in aliquo. Unde si essent due linee infinite versus ouerit. et finite versus occidentem. penetrantes se quarum una sit a et alia b. et b. moueretur versus occidentem a. non mota. hoc dato p. qd b. est sp. per totum ubi est a. et cum hoc accipit aliquid quod. a. non acquirit. sed si ex utraque parte esset infinita nihil acquireret. sicut nihil deperdit quous agrat dicitur est finita in una parte. Et sic patet qd videtur sit. Ad tertiam partem primo qd eodem modo argueret in continuo non esse in finitas partes. Secundo distingo de toto et parte. nam dupliciter sumi possunt. Uno modo dicitur totum esse quod includit aliqd quod est aliqd et aliqd preter illud aliud et quodlibet illius. et sic inclusum dicitur pars illius. Alio modo dicitur totum illud quod includit aliqd primo modo et cum hoc includit tantum quantum est aliqd certum datum finitum quod tamen non includit inclusum. Et sic illud inclusum non includens tantum quantum includens dicitur pars illius. Et proportionabiliter posset dici de toto et parte in quantitatibus discretis. Unde primo modo omnis multitudo est totum alterius multitudinis que illam includit. id est que est omnia illa que ipsa est: et aliud vel alia ab illis et quolibet illorum. Et omnis multitudo sic inclusa est pars et hoc modo una multitudo infinita potest esse pars alterius sicut multitudo partium proportionabilium unius medietatis continui est pars multitudinis partium totius continui. Secundo modo nulla multitudo infinita est totum vel pars respectu multitudinis infinite. et sic multitudo partium totius continui non est totum ad multitudinem partium totius medietatis. quia quot binarios vel ternarios includit multitudo totius totum includit multitudo partis. et non plures

Questio tertiadecima

includit multitudo totius et partis. Tertio distingo hos terminos magis et minus. Uno modo sumuntur proprie et sic multitudo dicitur maior que tantum plures continet. illa vero minor que non totiens. Alio modo improprie et sic omnis multitudo que includit unitates omnes alterius et quasdam alias ab illis dicitur maior illa. Et sic non includit plures qd illa. Primo modo maior et minus non dicuntur de infinitis ad invicem. vel respectu finitorum. vel econverso. sed bene secundo modo. Quare dico qd totum et pars sumendo primo modo reperiuntur in infinitis et non secundo modo. Et isto modo conceditur qd pars non est minor toto primo modo capiendo totum. et pars. et maior. et minus. Et eodem modo capiendo conceditur qd aliquod infinitum est minus aliquo finito. nec tamen exceditur ab illo. ita qd proprie non est excessus vel equalitas in infinitis. Ad quartam dico qd aliquid equari alteri potest dupliciter intelligi. Uno modo quo ad effectum sic qd creatura faciat effectum tantum quantum deus. et sic non est inconueniens licet non quicquid potest facere deus creatura possit facere. Alio modo sumitur et non quo ad effectum. sed quo ad modum. Et dico qd licet possit creatura equari deo in aliquo modo agendi ut puta quia potest agere vel aliquid mutari instantanee. non tamen omnimodo potest aliquid facere sicut deus quia nihil potest facere independenter. et sic de multis alijs conditionibus. Secundo dico qd nulla repugnantia est qd deus possit subito moueret: vel unum calorem infinitum qd subito alteraret. Tertio dico qd nulla repugnantia est qd deus possit facere talem qualitatem infinitam et tamen qd illa non ageret in instanti. quia non ageret nisi coagente deo. et ideo deus possit ipsam facere agere successiue et remissiu. Etiam posset illam facere sine subiecto. Si vero dicatur qd pari ratione deus posset facere unam visionem de se infinitam. et per consequens posset comprehendere

ab alio qd a se quod videtur impossibile. Pro isto dico quarto qd concessio qd deus posset facere supremam speciem infinitam. et unum intellectum infinitum et in illo unam visionem infinitam. quod tamen non est adhuc concessum nec sequitur ex prius concessis. tamen ex illo non sequitur qd huiusmodi intellectus per illam visionem comprehenderet diuinam essentiam quia illa visio non esset infinita simpliciter sed solum finitum quid et tamen deus est infinitus simpliciter. Unde circa hoc potest poni exemplum scilicet qd una visio sit speciei inferioris ut verbi gratia abstractiua et alia superioris speciei puta intuitiua. si ille fieret infinite intensiue non propter hoc sequitur qd aliquid ita perfecte cognoscitur per unam sicut per aliam et tamen per utramque cognoscitur aliquid infinite. Cum igitur illa visio que deus est sit in infinitum perfectior quibusdam alijs visionibus. et tamen deus ita perfecte videt sicut illa visio est perfecta. sequitur qd illa visio creata non est comprehensibilis sicut visio diuina. nec illa cognoscitur deus omnibus modis quibus cognoscibilis est: vel quibus seipsum cognoscit. Et eodem modo potest dici de dilectione infinita si esset. Si autem dicitur qd deus non potest facere species infinitam quod reputo problematicum est. tunc consequenter dicendum est qd non potest facere infinitam dilectionem vel noticiam quia nulla res potest alicui intellectui esse maior dilectio vel noticia qd talis sit essentialiter perfectior in sua specie et vitaliter capax. Unde. Et hec de secundo puncto. Quantum ad tertium punctum in quo videndum utrum deus sit potentia alicuius entis finiti infinite productiua. Sciendum est qd sicut tangebatur in tertio articulo. ante oppositum difficultas huius dubij stat in hoc qd cum dei potentia productiua siue eius productio actiua sit in finita. videtur qd quicquid deus producit infinite. producat. qd si ita est sequitur qd nihil quod deus producit potest melius produci qd facit. Et sequitur qd quicquid deus equaliter et infinite producat. et unum

3^o articulo p. 111

Primi sententiarum

consequens apparet falsum per magi-
strum distine. 44. ubi dicit qd deus po-
test facere mundum meliorem etc. Et
ideo circa hoc primo videndus est vtru
quicquid deo producat infinite produ-
cit. Secundo vtru aliquid deus pos-
sit facere melius qd facit. Circa pri-
mum diversi sunt modi dicendi. Quidam
enim dicunt qd sic. qd deus ad cuiuslibet
rei productionem concurret fm suum totum
vigorem infinitum. cu ille sit indivisi-
bilis et per pns concurret concursu infini-
to et productione infinita igitur etc. Alij di-
cunt qd no. qd nihil plus producat a deo
q ipm sed quodlibet ad extra producat
solum finite est ergo solus finite fit. et p-
ducitur a deo. igitur etc. Sed videtur
multi qd ista difficultas magis est verba-
lis q realis. Pro quo sciendum est q ista
verba producere facere concurrere et alia
hmodi significantia actione dei possunt
capi dupliciter. Uno modo ppte prout
dicunt actus diuine voluntatis intrinse-
cum et cu hoc habitudine ipsius ad esse
cu extrinsecus. Et isto modo satis pa-
ter q secunda opinio est vera et q deus
no producat infinite; quicquid producat
sed inequaliter et magis et minus fm qd
maior vel minor est effectus productus
Et sic procedit ratio. Alio modo pos-
sunt capi improprie. put precise dicunt
actum diuine voluntatis intrinsecum
quo deus vult aliquid esse vel fieri. Et
isto mo probabilis esset pma opinio qd
nihil est aliud dicere deus infinite pdu-
cit a id est infinite vult a. esse vel fieri et
hoc e pbabile cu actus quo sic vult sit in-
finitus qd est ides qd deus. et sic procedit
ratio illius opinionis. Sed simpliciter
loquendo. et qualitercumq capiant ista
verba multi vident pbabilior opinio etc.
Nec valet ratio pro pma. Quis enim cau-
salitas diuina sit infinita vel productio
actus vel concursus infinitus no ppter
hoc debet concedi qd deo quolibet effe-
ctus infinite causet vel infinite producat
vel concurret. Tu pmo quia licet produ-
cere diuini sit eternu cu sit ipse deus no
tamē procedim q deus eternaliter pro-
ducat effectum aliquem. igitur quis idem

producere sit infinitus no ppter hoc est
concedendum q infinite producat etc. Tu
scdo qd licet dilectio dei qua diligit oia
sit infinita. no tamē concedim q infinite
diligeret nec pl diligeret seipm q crea-
turam nec vna creaturam plus q alia
Tum tertio quia quibus causalitas et p-
ductio dei actua sit necessaria quia est
omnib modis idem deo. no tamē pro-
pter hoc concedimus q deus necessario
causet vel producat aliquem effectum. igitur
nec talis pna valet concursus vel cona-
tus dei quo producat a. est infinitus ergo
infinite producat a. Tu quarto quod quibus
actus diuini quo vult a. esse vel fieri sit
infinite. no ppter hoc oportet concede-
re q deo infinite vult a. esse etc. sicut q
uis actus diuine voluntatis quo vult
antipm fore sit necessarius. no tñ legi-
tur q deus necessario vult antipm fo-
re. Et ideo pbabiliter pot vici ad istum
tertium articulum q licet deus sit poten-
tia infinita no tamē equaliter nec infi-
nite producat omnia. nec est alicuius entis
finita infinite sed solū finite productus
et tante precise quante entitas producta
est perfecta etc. Sed circa se-
cundū dubium propositum qd tangebatur
in tertio argumento ante oppositū. scilicet
vtru aliquid deus possit facere melius
q facit. Primo distinguendum est sicut
magister in lra q ly melius pot referri
vel ad faciendi modū vel ad effectū fa-
ctum. Si primo modo: tunc sicut bñ dicit
magister. si modus faciendi ad sapiētā
artificis referret. no pot aliquid melius fa-
cere siue meliori mo et meliori sapiētā
vel artificio. Si autē secūdo modo procedit
magister. q pot aliquid melius facere.
id est aliqua re meliores. Sed ulterius
distinguendum ly melius qd aliquid pot
esse vel fieri melius vel bonitate essen-
tiali vel substantiali vel bonitate accidē-
tali. Itē tertio distinguendum est qd al-
quid possit fieri melius q sit pot intel-
ligi. vel vtru illud idem numero possit
fieri melius vel vtru aliud ab eo. Et si aliud
vtru aliud solo nūero distinctū vel spe-
cie. Si ergo loquimur de bonitate accidē-

Questio tertiadecima

tali satis stat qd aliqd deo pot facere
melius q fecit. siue ipm idē numero siue
aliud nūero vel spē distinctū. qd hoc no
est aliud nisi facere aliqd qd deo fecit
vel aliud ab eo solo numero vel spē di-
stinctū e informatū pfectionib accidē-
tib qd vnaq deo pot cu illa accidentia
possit augere vel multiplicare sicut sibi
placet. Si vero loquamur de bonitate
essentiali vel substantiali satis etiā pa-
tet q quocūq dato deus no potest illud
vel aliud solo numero distinctū facere
melius quia quocūq solo numero distin-
guunt sunt eque bona et eque perfecta
essentialiter. Et ideo sicut nihil pot esse
et fieri de alia specie. sic nec ipm nec aliud
eiusdē speciei specialissime pot e et fie-
ri melius essentiali bonitate vel perfe-
ctione. Sed remanet difficultas aliqd
quocūq dato qd deo facit possit aliqd
facere melius essentiali bonitate ab il-
lo distinctū specie. Et de isto principalit
videndum est et deinde videbitur occasiona-
liter de excessu specierū. et penes qd at-
tendit essentialis bonitas vel pfectio ea-
rum. Sunt autē circa pmi diuersi mo-
di dicendi. Nam si teneat opinio qd qu-
cumq re data vel vbi li deus pot face-
re essentialiter perfectior. sicut in infi-
nitum pot augere qualitatem recipientē
magis et minus pnter dicendum est qd deo
nihil facit imo nec pot facere qm possit
facere aliud distinctū specie melius essen-
tiali bonitate quia no est status etc. Si
vero ponatur stat in talib speciebus
ita q sit dare aliquā substantiā pfectiss-
simā possibile a deo fieri. tūc est magis
dubium. qm fm istam viam possit pbabi-
liter sustineri vtraq pars contradictionis.
Unde posset pbabiliter dici qd cui-
uslibet speciei producibilis aliqd indi-
uiduū est de facto a deo productū. Et p
ista parte esset ista ratio quia videt ve-
rificabile q sicut deus produxit aliquod
indivisiuū speciei simpliciter superioris
ita et produxit aliqd indiuiduū speciei
simpliciter superioris ex quo illa possi-
bilis est. Et ad istud propositū videt esse
Augustini li. confes. dicens. vne duo fe-
cisti vnu ppe te et vnu ppe nihil modo

videt q non sit vabile aliquid imperfe-
ctius illo qd est ppe nihil: nec aliqd pfe-
ctius illo qd est ppe deū etc. Sed etiam
pars contraria pot pbabiliter dici scilicet q
no obstante statu possibili in speciebus
inter tamē sunt species posibles que
no sunt. Et p ista parte videt esse opi-
nio et Augustini et magistrū in 44. distin.
qui dicunt q deus potest fecisse bosem
qui nec peccare posset nec vellet. Et q
auctoritate Bekā arguit per hunc mo-
dum. Quia quicquid conuenit alicui in
diuiduo speciei specialissime nulli indi-
uiduo eiusdē speciei repugnat formalit-
ter simile. sed isti homini demonstrat-
to forte qui nunc est conuenit posse pec-
care. sed fm Augustini et magistrū deo
potest facere hominē cui repugnat pos-
se peccare ergo talis non esset eiusdem
speciei specialissime cu forte qui nunc
est: ergo esset altera speciei Et per pns
deus potest facere indiuiduū alterius
speciei etc. Sed quicquid sit de conclusio-
ne tamen ista ratio non est efficax. Tu
pmo quia non est verū q aliquis homo
possit esse qui no sit eiusdē speciei spe-
cialissime cuius homine iam existente etc.
Tum secundo quia pbabilis est q
nec homo nec alia creatura rationalis
possit esse simpliciter implicabilis Nec
ista est intentio Augustini vel magistrū
sicut hec omnia declarabo in questione
sequenti. T Dico ergo finaliter
quo ad hoc q prima opinio est proba-
bilior q secunda et magis fauet omni-
potentie dei simpliciter etiam tertia est
probabilior q secūda Et si quis teneat
eam dicendum est consequenter q non
obstante statu possibili specierum pro-
ducibilium tamen non omnes species
possibiles sunt producte. Et ad aucto-
ritatem Augustini que videtur esse p
alia parte fecit vnum prope se etc.
Respondendum est q deus fecit
vnum prope se quod est de facto perfe-
ctissimum creatum. licet possit esse per-
fectius et ideo no est ita prope. quin a-
liud possit esse magis prope et per con-
sequens melius in specie. quare etc.
Sed ad maiores declarationem ppe

Primi sententiarum

dictorum iuxta hanc materiam tracta-
dum est istud dubium. scilicet penes quod
attenditur excessus et perfectio specierum
vtrum penes recessum a non gradu
essendi vel ad accessum ad summum
sive propinquitatem ad deum. Circa quod
sic procedam. Primo recitabo unam san-
ctificam imaginationem. Secundo dabo
veridicam solutionem. Sciendum est igitur
quod circa hoc est opinio secundum magistri
Jobanem de ripa que fundatur in distinc-
tione formali que licet contineat mul-
ta falsa. valet tamen imaginanda per-
fectionem specierum ideo eam breuiter
recitabo. Primum ergo imaginat ista
opinio quod in eodem supposito creato est
formalis distinctio inter denominationes
nec perfectionis simpliciter licet sint idem
realiter. Verbi gratia in homine inter
essentiam vitam et intelligentiam etc. Se-
cundo quod in quolibet tali supposito fini-
to. prima denominatio est intensior et
secunda et tertia et sic deinceps. et
quelibet est in infinitum intensibilis si-
cut linea vbiusque inciperet posset in in-
finitum potens versus oriens. nec alia
qua pars illius denominationis est in-
diuisibilis sicut nec aliqua pars linee.
Et illi gradus seu partes eiusdem deno-
minationis sunt cum non differat reali-
ter nec formaliter sed solum ex natura
rei. Ex predictis tertio infero quod ho-
mo est plus ens seu esse et viuens vel vi-
ta et plus vita et intelligentia. Et ita vi-
xisset de qualibet specie finita cui com-
petent istae tres denominationes. in
specie tamen infinita quas ponebat pos-
sibile dicebat quolibet denominationem
esse infinitam et per consequens eque in-
tensam. Quarto ponit ultimam deno-
minationem in aliqua specie existentem
esse actuales. et omnes priores ponebat
potentiales ita quod immediate preceden-
tem vocat immediate potentialem ad
immediate sequentem. Et inde conce-
dit quod illa denominatio que est actualis
in specie inferiori est potentialis in spe-
cie superiori etc. ita quod de quacunque spe-
cie finita sunt ipsam imaginandum est quod

si quod ipsa est superior plures denomi-
nationes in ipsa vniuersim concurrunt sicut
quato numerus est maior tanto plures
vniuersitates in ipso sunt. Et pro
intelligitiam ampliori ponatur quod in ali-
quo individuo concurrant precise decem
denominationes. tunc ipse dixisset quod il-
lud esset de nona specie ita quod non esset
sub eo possibile nisi octo species quo-
mam illud ens in quo non concurreret
aliqua denominatio nisi prima non de-
xisset in aliqua specie reponi quoniam
ad hoc quod aliquid sit in specie requiritur
si est quod aliqua denominatio sit ibi po-
tentialis et alia sic actualis. imo videtur
mihi quod ipse consequenter loquendo ha-
beret dicere quod vbi non concurrerent nisi
ligatus illud velle quous etiam scias deum illud velle quia tale velle nō est lex obligans. Et sic patet responsio ad primam etc. Ad secundam dico qd non quilibet obligatur ad volendum quod cuius bonum quod est vel foret bonum si poneretur in esse. Unde ista ratio videtur supponere vnum quod est falsum et contra istum doctorem allegari. scilicet qd quia aliquid est bonum ideo deus vult. Hoc enim nō est verum imo magis e contra quia deus vult aliquid ideo illud est bonum. sed cum hoc stat qd creatura non tenetur illud orare velle imo in casu si illud vellet male vellet quous bonū et cetera. Ad tertiam sunt diversi modi dicendi et contrarij. Aliqui enim sicut magister Gregorius concedit antecedens scilicet qd tali reuelatione facta iste tenetur velle se esse reprobatum et ex quo sic sciret esse dei voluntatem deberet contentari et velle qd deus eius damnaret. Et hic actus procederet ex maxima dilectione dei nec est culpabilis sed laudabilis. Et vterius conceditur qd in tali casu non esset isti licitum orare pro finali salute sua. sed simpliciter de diuino iudicio contentari: vbi sciret absolute sic velle. **N**

Sed contra istam rationem arguo primo sic. Quia facta tali reuelatione stat etiam per aduersarium qd iste sit in charitate ergo adhuc tenetur se amare ex charitate ergo adhuc potest iuste se bi velle bonū salutis. Et per consequens pro illo iuste orare. igitur et cetera. Secundo quia adhuc iste tenetur amare proximum suum ex charitate et velle sibi vitam eternam sed magis vel eū liter debet se diligere et ad tantum bonum sicut proximum igitur et cetera.

Tertio quia adhuc potest iste imo tenetur seruare ordinē charitatis sed ordo charitatis est se magis diligere post deum vt patet tertio sententiarum distinctione vigesima nona. Quarto confirmādo predicta arguitur sic. quia iste ex tali reuelatione non absoluitur ab obligatione qua prius obligabatur.

et per consequens nec a precepto de dilectione sui: et ordine charitatis nec a precepto de oratione. quia c et cetera. Alij autem sicut Adam in suo tertio questu. s. aliter respondet. Unde primo dicit iste doctor qd facta tali reuelatione exteriori nullus potest licite assentire qd illa reuelatio sibi facta sit reuelatio nisi in casu quo fieret reuelatio per impressionem immediate a deo vel alias per viam incurtabile illi vlt in casu quo sibi impingeretur a deo assensus firmus qd exterior reuelatio esset veravel in casu equiuacante. Si vero dicatur qd non tenemur adhibere fidei diuine reuelationibus non solum impellis modo predicto sed etiā in verbis et signis a deo vlt angelo bono vlt prophetis aut etiam apostolis conuenienter expressis aliter non teneremur credere futuris iudicium nisi deus in nobis talem credulitatem impingeret. quod est falsum ergo stante casu siue tali ipressionē iste tenetur assentire illi reuelationi et credere se esse vānandum. Ad hoc respondet qd quedam sunt precepta dei qd etiā supposita communi fide sunt precepta nature. et que obligant indispensabiliter dum sumus in statuie. et sic obligamur ad diligendum deum: et nos post deum et ad sperandum in eum vel saltem ad non habendum libere actus contrarios. Et ideo quilibet viator tenetur non libere credere qd damnabitur et nō est sic d alijs reuelationibus sibi factis a deo Unde si oppositum illius sibi reuelatur etiam a deo non tenetur credere qd illud sit sibi reuelatum a deo. sed qd sit illusio vel qd sit condicionalis: et non absoluta reuelatio. Quia propter nullius preceptum tenetur agere contra legem dei et non credere maxime vbi illud nō est dispensabile. ideo dicit Aplos ad Galatas primo. Etiam si angelus d celo euangelisat vobis aliud preter quod euangelisat vobis anathema sit. Vbi tamen res esset dispensabilis et constaret quod sic reuelans haberet auctoritatem dei esset credendum et sicut

Primi sententiarum

parz de ppheta tertij Regum. 20. Ubi precipiebat vni qd videtur esse contra legē dei dicens percutie me. qui cum eū noluisset percutere dixit ei michi eas. qz noluisit voci diuine obedire veniet leo de silua ⁊ deuorabit te ⁊ ita factum est. sic ille tenebatur sibi in hoc credere qz de eo tenebatur credere qz esset ppheta dei. Sic autem non esset in pposito. quare ⁊c. Sed quicqd sit de predictis tamen ista non multū faciunt ad difficultatē intentam que est nō de reuelatione exteriori sed interiori qua firmiter assentitur sic ⁊c. quare ⁊c. **S**ecūdo dicit predictus doctor qz in casu quo deus facta tali reuelatione imprimeret alicui credulitatem modo supra dicto ille possit licite orare pro salute sua. quia adhuc sciret qz hoc esset possibile ego nō dānabor ⁊ qz non dānabit nisi ipsemet libere demerit ideo teneatur orare qz tollatur ab eo illa credulitas ⁊ qz non eueniat sicut ipse credidit.

Tertio dicit qz scius esset si talis pro prie ⁊ infallibiliter sciret qz dānaretur sed hoc est sibi dum est viator impossibile. Quarto dicit ad auctoritatem Augustini qz ipse verus dicit si loquar de certitudine sciētie pprie dicte ⁊ de nosse simili modo sumpto. Et tunc antecedens est impossibile pro membris ecclesie licet caput ecclesie Christus sic bene sciat vocata increata seu diuina Si autem vocet Augustinus certitudinem noticiā veram certam. id est indubitatam dicit qz qui sic voluntarie ⁊ libere noscit se esse damnaduz non possit iuste orare pro salute sua stante tali noticiā et libere retenta. quia sic tales causans ⁊ libere retinens esset infestus. Nā hoc non est licitum sentire vltimate diffiniedo de aliquo viatore sine reuelatione per noticiā impressam: vt supra dictum est. Et per ista piz ad rationem fm istum. Sed cōtra tertiu ⁊ quartum dictum arguo ostendendo qz iste doctor facit de non causa causaz quando dicit qz quia creatura non pot iudicare infallibiliter suam futurā dānationē ideo nō tenetur hoc velle imo

orare pro opposito sic iudicari. Nā qz nō est de voluntate absolute s3 qua deus vult seruuz suum ad aliquid teneri sic nō est in proposito. Ad secundaz autem dico qz ratio totalis quare ecclesia non orat pro diabolo ⁊c. nec orare ⁊ pro reprobo viatore. si sibi constaret de eius reprobatione non est qz videt deū velle eos damnari. s3 quia videt se ad tales orationē non teneri nec prodesse illi ⁊c. quare ⁊c. Ad quartam pro materia dico aliquas propositiōes. Primo dico qz oratio vt hic d ea loquimur non est aliud qz que dā oratio siue enūciatio deprecatoria optatiui modi facta ad deum. Verbi gratia orare deuz qz a fiat non est aliud qz formare talem enūciationē vel equalentem vtiānam placeat vel opto qz placeat deo qz a. fiat.

Secundo dico qz in qualibet oratiōe a quouis viatore imo ab vniuersali ecclesia facta pro salute alicui⁹ viatoris siue pro quocunqz contingenti futuro vel possibili debet saltem habitualiter ⁊ implicite circūstria siue conditio vltimi beneplaciti subintelligi. Parz per simile de oratione dominica in qua dicitur fiat voluntas tua. Similiter per exemplum de xpo qui quando orauit dicens parer transeat a me calix iste statim subiungit illaz conditionem non sicut ego volo s3 sicut tu. quare ⁊c. Tertio dico qz orationem fieri sub tali conditione potest dupliciter intelligi vno modo qz oratio seu verbū oro vel opto cadat supra totam conditionalem cui⁹ antecedens sit illa conditio si deo placeat. sicut dicitur opto vel oro si deo placeat. a. fore aut qz a. sit futurum ⁊ sic talis oratio esset de necessario ⁊ nō possit non exaudiri. Alio modo potest intelligi qz illud verbū cadat nō super illaz conditionales sed super consequens sicut dicitur si deo placeat a. fore vtiā a. sit futurus ⁊ isto modo debet fieri conditionaliter Quarto dico ⁊ hoc sequitur ex predictis qz in casu huius rationis iste potest licite orare p aliquo qd sciat vel saltem firmiter credit se nō impetraturū imo sic videtur fuisse de ora

tionē xpi supradicta. Nec propter hoc sequit qz talis oratio sit stulta vel ociosa quia iste ad illam tenetur ⁊ xps fecit illam in exempluz imitationis ⁊ ad msterium sicut dicunt doctores ideo non frustra. quare ⁊c. s3 de secundo.

Questio quartadecima

Quantum ad tertium articulum vtrū voluntas diuina sit prima lex a qua virtuatutur omnis lex creata. primo premittam tres responsales conclusiones. Secundo soluz tres difficiles dubitationes. Prima cōclusio est qz sicut voluntas diuina in genere efficiens est prima efficiens causa sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula obligatoria. Secunda conclusio est qz sicut voluntas diuina ē efficiens causa qz vult aliquid esse vel fieri sic ipsa est lex obligatoria qz vult aliquid ad aliquo esse vel non esse teneri. Tercia conclusio est qz sicut voluntas diuina est lex perfectissima obligatoria rationalis creature. sic inter leges creatas illa est perfectior que est perfectius signum voluntatis diuine.

Istas autē conclusiones declarauim in principio meo ⁊ ex eis patet satis responsio ad istum articulum. s3 qz omnis lex creata deriuatur a voluntate diuina. Unde qz non deriuatur ab ea tanqz a lege prima nō est proprie lex siue regula nisi forte fm quid ⁊ non simpliciter sicut lex iniusta ⁊c. Et per hoc soluitur tertium argumentum ante oppositum Sed circa istaz materiā moueo tres dubitatiōes quas tetigi sed non plene tractauim. in primo principio. Prima est vtrum voluntas diuina possit rationalem creaturam ad impossibile obligare. Secūda est vtrum voluntas diuina possit rationalem creaturam ad quodlibet possibile obligare. Tercia est vtrum voluntas diuina possit rationalem creaturam inesse producere ⁊ ipsam non obligare. **R** Ad primam dubitationē arguitur qz sic quia ponamus qz sortes habens preceptuz per quod tenetur ad aliquid puts ad credendū terminatis articulis habeat conscientiam erroneam per quam di-

Primi sententiarum

et se teneri ad oppositum credendū vel ergo fortes crederet vel non. si non. tunc ipse peccabit quia faciet contra pceptum. Si sic iterum peccabit quia faciet contra conscientiam. Cum igitur fortes crederet vel non crederet et quodcūq; istorum faciet peccet. sequitur q; necessario peccet. quare rē. In oppositū arguitur quia sicut Augustinum nullus peccat in eo quod vitare non potest igitur rē. Pro solutione huius sciendū est q; creaturam rationalem obligari ad impossibile dupliciter potest intelligi. Uno modo proprie. scilicet q; obligatur ad faciendum impossibile. Alio modo improprie. scilicet q; obligatur ad volendum impossibile. Secundus autem modus multū differt a primo quia primum non est in potestate creature sed sicut multos est in libera potestate voluntatis create. nam sicut Aristoteles. voluntas est impossibile. Item eam obligare ad impossibile potest intelligi dupliciter. scilicet vel ad impossibile simpliciter vel impossibile sibi. Item eam obligari ad impossibile sibi potest dupliciter intelligi. Uno modo q; obligatur ad aliquam esse vel non esse qualiter eē vel non esse per nullam potentiam potest sibi convenire. Alio modo q; ad aliquid obligatur quod non est in sua potestate sic q; per suam potentiam actum possit sibi convenire. Tunc iuncta hec pono aliquas propositiones.

Prima est q; creatura rationalis non potest obligari ad impossibile primo modo scilicet ad faciendum impossibile siue ad aliquam esse vel non esse simpliciter impossibile. Patet quia voluntas divina non potest sic obligare. igitur rē. Consequentia patet ex prima conclusione et secunda quia nihil potest rationales creaturam obligare deo non obligante supra illud apostoli Roma. 13. nō est potestas nisi a deo. Et antecedens patet per illud Ieroni. Quicunq; dicit deum precipere aliquid impossibile anathema sit. Et illud August. deus servū pi grum non dānaret si ea que fieri nullo

modo poterant imperaret. Et licet iste auctoritates loquantur de facto et non de possibili tamen videtur vobis ratio consimilis scilicet quia talis obligatio nō potest esse rationalis rē. Secunda propositio est q; creatura rationalis potest obligari ad impossibile. secundo modo scilicet ad volendum impossibile. patet quia ad hoc non apparet sequi aliqua contradictio imo aliqui concedunt q; de facto peccator illo modo obligatur ad impossibile scilicet ad volendum peccatum suū preteritū nō fuisse quod sicut articulum Parisiensi. est impossibile. quare rē. Et cum autem hoc verum sit de facto dubium est. mihi videtur tamen probabilius q; non rē.

Tertia propositio est q; creatura rationalis non potest obligari ad sibi impossibile primo modo. id est ad aliquam esse vel non esse qualiter per nullam potentiam potest sibi convenire. ut verbi gratia ad esse lapidem. Patet sicut prima rē. Et ex hoc patet falsitas illius opinionis que dicit q; peccans mortaliter obligatur ad penas incōpossibiles. q; venireturi puniri eternaliter et āmbilari simpliciter rē. Quarta est q; rationalis creatura potest obligari ad sibi impossibile secundo modo. id est ad aliquid quod non est in sua potestate. sic q; per suam potentiam actum potest sibi convenire. patet quia quilibet rationalis creatura tenetur habere gratiam et quilibet viator fidem infusam et tamen hoc non est in creature potestate activa rē.

S Tunc ad rationes pono aliquas propositiones. Prima est q; creatura rationalis nunquam obligatur se conformare sue conscientie erronee quia conscientia erronea est iudicium quo rationalis creatura dicitur se ad aliquid teneri ad quod non tenetur vel ad aliquid nō teneri ad quod tenetur. sed nō tenetur se tali iudicio conformare. alias nō esset iudicium erroneum rē. Item nulla conscientia erronea est lex obligatoria rē. igitur. Consequentia patet antecedens apparet. quia omnis lex seu regula est cōformis divine voluntati tanquam

Questio quartadecima

lex secunda prime legi. sed nulla cōscientia erronea est cōformis prime legi cuius nulla falsitas sit conformis summe veritati. igitur rē. Secunda est q; creatura rationalis obligatur nunquam sue conscientie erronee se conformare. Patet quia tenetur nunquam agere contra suam conscientiam. Nam quicunq; agit contra conscientiam peccat sicut apparet per glossam magistri super illo Ro. 14. omne quod non est ex fide peccatū est. igitur rē. Tertia est licet creatura rationalis non obligatur ad faciendum contra conscientiam etiam erroneam. tamen ipsa obligatur in casu ad faciendum aliquid quod est contra conscientiam suam. quod tamen potest ab ea fieri nō agendo contra conscientiam scilicet deponendo eam. Prima pars patet ex secunda propositione. Secunda pars in casu posito arguendo. Tertia vero patet quia licet sit impossibile ipsam scire vel opinari in particulari suam conscientiam esse erroneam: quia sic haberet iudicia contraria. tamen istam conscientiam quam nunc habet potest cognoscere fuisse erroneam et deponere eam. Et sic poterit agere illud ad quod tenetur et non peccare. Quarta est q; licet creatura rationalis nō necessatur aut obligatur ad peccandum tamen ipsa obligatur in casu ad faciendum aliquid quod est sibi peccatū. prima et secunda satis patent sicut tertia pars patet in casu posito arguendo. In quo iste peccat per actū ad quē tenetur. Et ex his soluit rō. Ad dīco q; in isto casu fortes tenent credere. tamen tenent non credere sicut illam conscientiam siue stante illa conscientia peccati ergo tenent non credere cū tali conscientia. sed tenentur credere sine illa. Si vero dicat q; credendo cū illa conscientia nō peccat habendo talem conscientiam quā tenent deponere. Contra. quia si esset aliquis actus indifferens et fortes haberet conscientiam sicut prius q; tenentur facere oppositum siue non facere et tamen faceret ipse peccaret per predicta. Et tamen non habet illam conscientiam sed faciendo cōtra rē. quia videtur possibile sic crede-

re et non peccare vel saltem iste magis peccat quando facit a. q; faceret si solū crederet se teneri ad non faciendū. igitur in faciendo peccat. quare rē. Sed forte diceretur hic q; nō est simile quando tenetur ad illud et quando est indifferens quia si circūscripta tali conscientia teneretur ad illud tunc posita illa conscientia q; non teneretur ipse tamen tenetur. secus autem si non teneretur ad illud circūscripta illa conscientia. Nam ipsa posita scilicet q; teneretur ad oppositum tunc ipse teneretur ad non faciendum illud et ideo nullus actus in tali casu ē indifferens qui tamen foret indifferens illa conscientia circūscripta. nec in tali casu illa conscientia esset erronea s; vera. Et esset simile in isto casu sicut de prelato. quoniam si prelatus meo precipiat mihi oppositum alicuius ad quod teneor ex precepto dei. clarū est q; non teneor sibi in hoc obedire nec minus teneor ad illud q; prius. et si preciperet mihi aliud quod esset ante preceptum indifferens stat q; propter hoc preceptum teneor illud facere et sic non erit indifferens. sic in proposito conscientia quodammodo gerit ripum prelati. Sed licet iste modus dicendi posset probabiliter substineri. tamen non probatur nec videtur ita verisimilis sicut oppositum. Nec verū est univērsaliter q; prelatus possit illo modo facere. de quolibet indifferenti actu. et per consequens nec de conscientia hoc est concedendum scilicet q; nullus actus sit indifferens rē. Hoc enim consequens est nimis rigorosus. Et tamē p̄na patet quia in hoc non videtur tantū posse conscientia sicut prelati rē. nec conscientia rē. Item sequitur q; conscientia posset facere de consilio divino esse preceptum et tantum posset in hoc sicut votum imo posset facere aliquid modo esse preceptum et modo non esse rē. Consequentia satis patet quia nō est obligatio sine precepto divino imo nisi deo volente creaturam sic obligari rē. sicut patet ex primo articulo. Sed ista consequentia videtur esse irrationabilia rē. Quicquid tamen sit de hoc patet ad formam rōnis q; in casu posi-

Primi sententiarum

to concedo antecedens et nego consequentiam: quia licet quodcumque illorum faciens do peccet: tamen alterum potest facere non peccando: ut patet ex dictis. ideo non obligatur ad impossibile. Et hec est prima dubitatio. **T** Ad secundam dubitationem arguitur quod non: quia creatura rationalis potest deum odire: et tamen deum non est possibile ad hoc eam obligare: quod sequitur quod ipsa posset mereri odiendo deum quod est contra parisiensem articulum: quare etc. In oppositum arguitur: quia sicut deus potest percipere vinum impossibile: ita videtur quod quilibet possit absolute. **H**ic etc. Pro solutione huius pono propositiones.

Prima propositio est quod deus obligat ad multa possible et tamen posset obligare ad illorum opposita. Patet satis cuiuslibet catholico. Secunda propositio est quod quando cum deus potest obligare ad aliquid et potest etiam obligare ad eius oppositum tunc potest simul non obligare ad opposita. sicut sunt ire ad campos: manere in camera: vel eorum opposita. Nam qua ratione deus potest non obligare ad aliquod istorum eadem ratione poterit non obligare ad neutrum illorum quorum ad vinum potest obligare et obligare ad eius oppositum. sicut sunt ieiunare. ire ad ecclesiam etc. In talibus autem satis clarum est quod ipsorum transgressio solum est mala quia prohibita. Et idem credo esse in omnibus alijs quibus non sit de omnibus sic clarum. Tertia est quod deus obligat ad aliquod possibile ad cuius oppositum non posset obligare. Patet quod deus obligat creaturam rationalem ad obedientiam sibi: et tamen deus non posset eam obligare ad hoc quod teneatur sibi non obedire. Quod patet: quia si datur oppositum. tunc quero an teneatur obedire vel non. Si sic habetur propositum: quod teneatur et non teneatur quod est impossibile ergo et antecedens quod est oppositum propositi etc. Et consequentia patet quia teneri non obedire alicui est teneri ad aliquid. Si dicatur quod non sequitur idem. quia teneri obligare alicui est

teneri ad aliquid quare etc. ideo ad rationem post oppositum negatur antecedens siue similitudo etc. Unde sequitur quarta et responsalis propositio quod deus non potest creaturam rationalem ad quodlibet possibile obligare nec quodlibet possibile sibi percipere loquendo de precepto proprie: ut magis patebit. Ad rationem ergo ante oppositum non oportet respondere cum non concludit nisi propositum. tamen de eius materia est videndum. Nam aliqui concedunt consequens pro inconuenienti illarum: sicut **Ockam**. Ipse enim concedit nec reputat inconuenientes quin voluntas creata possit merito deum odire. quia deus posset illud percipere cum posset quicquid fieri non implicat contradictionem. Illud autem preceptum fieri non implicat contradictionem. quia creatura hoc posset facere. posset enim una creatura alteri percipere quod odiret deum. Eum igitur deus posset per se immediate facere in genere cause efficientis. quicquid potest facere mediante causa secunda. et ipse posset mediante creatura tale preceptum facere. sequitur quod per se potest. Tali autem precepto a deo facto creatura obedire meretur quare etc. **S**ed ista opinio non placet magistro **Gregorio**. Unde primo dicit quod impossibile est quod quis odendo deum mereatur. **A**d probat quod si sic. possibile esset naturaliter quod quis simul diligeret et odiret eum. consequens est falsum. quia impossibile est naturaliter contraria simul inesse in eodem. Et consequentia patet. quia cum omnis actus meritorius procedat ex charitate nulli actui meritorio est inconueniens. Confirmatur: quia si talis odians mereretur hoc esset eo quod deum diligeret volens implere eius preceptum. Secundo dicit ad rationem alterius opinionis quod deus potest tale preceptum facere potest dupliciter intelligi. Uno modo sic quod hoc etiam coarguitur in illo iudicio quo iudicet illud preceptum fieri a deo. et esse implendum. **A**lium modo coarguitur actum odij et isto modo negat illud esse possibile: quia si sic sequitur quod deo au-

Questio quartadecima

ctore esset quis deterior. Alio modo quod simpliciter faciat preceptum. non autem ad predictos actus coarguitur. Et tunc non sequitur quod ille possit odire merito: imo nec odire. Tertio dicit quod dato tali precepto ille non teneretur nec deberet illud implere quia impossibile est quod varetur illud preceptum ad exequendum sicut impossibile est eius executionem a deo esse volutam et si aliud iudicaret ipse erraret. Et si etiam ex tali iudicio odiret non mereretur sed forte varetur ad temptationem et probationem eius aut alias causam sicut fuit de precepto dato abrahe etc. Quarto dicit quod quis deus posset talem obligationem preceptam facere se solo. non tamen sequitur quod deus possit percipere illud alicui aut facere talem obligationem alicui preceptam. Posset enim illam entitatem causare non significatiuam seu non illius sed alterius significatiuam. et sic per eam nihil preceperet. quare etc. Sed siue ista responsio sit vera siue falsa. tamen non est sufficienter probata. ut patet intuitu quia non apparet contradictio. quod deus posset facere talem preceptionem et obligationem. Nec sequitur quod deus vellet creaturam peccare. ideo in responsione ipse petit principium. Nec rationes sue contra aliam opinionem valent. quia cum loquamur de potentia absoluta dei non est ad propositum illud quod arguit quod naturaliter actus contrarii non possunt esse in eodem. Nec valet probatio consequentie. quia quod actus meritorius procedat ex charitate non est simpliciter necessarium. sed solum de lege ordinata. quare etc. Nec valet confirmatio quod sciret quod odians impleret preceptum absque hoc quod vellet implere preceptum propter deum. Aliud enim est implere preceptum propter deum aliud velle implere. Nec etiam oportet quod si deus daret preceptum tale quod ipsum implens mereretur propter hoc. sciret enim hoc non obstante quod deus non acceptaret actum etc. Ideo qui vellet diceret quod deus potest obligare ad odium sui posset nihilominus sustinere articu-

lum parisiensem. quia diceret quod non sequitur iste habet preceptum de odendo deum. et impleret preceptum. ergo meretur. Vel si vellet sustinere. consequens cum prima opinione posset illum articulum restringere ad legem ordinatam dicendo quod magis factus fuit ille articulus ad reprimendum illud preceptum ne pias aures offenderent quod propter eius falsitatem etc. **H**ic tamen nihil assero quia quicquid sit de hoc nihil est contra dicta. Et hec de secunda etc. **T** Ad tertiam dubitationem arguitur quod sic. quia deus potest aliquam rationalem creaturam producere quam non posset obligare ergo a fortiori aliquam quam posset non obligare. Consequentia patet: sed antecedens probatur quia deus potest aliquam producere que non posset peccare. **A**d fm Augustinum et magistrum in. 4. 4. distinc. huius primi deus potuit fecisse hominem qui nec peccare posset aut vellet. sed illam deus non posset obligare quia si sic cum ille potuisset libere obligationem non implere et deus ad hoc non concurrere. sequitur quod potuisset peccare. In oppositum arguitur. Non potest aliquam rationalem creaturam producere quia illa recipiat beneficium creationis a deo et per consequens quia illa sibi obligatur. etiam fm aliquos infinites pro illo etc. Pro solutione huius probabiliter et nihil temerarie asserendo pono aliquas propositiones. Prima est quod absolute est possibile rationalem creaturam esse a deo et ipsam non obligari ab eo. patet quia proprie loquendo de obligatione ut hic sumitur creatura rationalis non obligatur nisi quia deus vult ipsam teneri ad aliquid vel aliquid esse vel non esse. sed nulla contradictio apparet quod deus velit eam esse et non velit eam teneri ad aliquid sicut et factum est de irrationali creatura etc. Ita quod ipsa creatura rationalis sit ita absoluta ab omni obligatione quod quicquid faceret pro illo statim non peccaret plus quam animal vel canis aut alia creatura irrationalis. Secundo hoc persuadetur sic. quod si creatura rationalis intra-

Primi sententiarum

ret furtum non ex culpa sua vel si deus crearet illam in tali statu sine culpa. ipsa non peccaret quicquid tunc faceret. igitur etc. Tertio sicut deus potest creaturam rationalem pro statu tunc ad nihil obligare sic non minus hoc absolute potest pro statu quo est capax rationis sed potest fieri multos. igitur secundum consequentiam probat quod deus est promior ad miserandum quam ad alia opera. iuxta illud. ps. Misericordies eius super omnia opera eius. sed tamen creaturam rationalem parvulam et nihil scientie obligat ad iustitiam originalem ergo a fortiori ipsam ratione capacem posset non obligare ad talem etc. Quarto secundum alios quos omne opus infidelium est peccatum non obstante quod fides sit eorum que sunt supra rationem naturalem. et per consequens ita potest facere de sua misericordia infinita quod nullus actus vel operatio rationalis creature esset peccatum. imo iste due rationes videntur plus concludere scilicet attenda misericordia dei quod ipse possit ordinare quod quodlibet factibile a creatura sit consilium ita quod quicquid faciat non solum non sit peccatum imo meritum sed hoc non assero etc. ¶ Secunda propositio et responsalis ad rationem in oppositum quod absolute possibile est rationales creaturam beneficium creationis recipere a deo: et tamen nec finite nec infinite obligari pro illo. patet ex alia propositione et per exemplum de creatura irrationali que proprie loquendo ad nihil obligatur. Et ex hoc patet quod collatio beneficii non est radix vel principalis ratio obligationis etc. Sed declaro etiam specialiter quod non infinite etc. imo dico quod non potest infinite obligari. quia ipsa creatura nec beneficium receptum nec illud ad quod tenetur potest esse infinitum ideo non apparet unde obligatio esset infinita. quare etc. Tertia et responsalis ad materiam rationis ante oppositum est quod non est possibile quod deus producat aliquam rationalem creaturam et non possit obligare eam. patet quia non est ratio quare deus non pos-

set velle eam teneri ad aliquid etc. et per consequens etc. Quarta sequitur ex ista scilicet quod non est possibile quod deus producat aliquam rationalem creaturam simpliciter impeccabilem per naturam partem. quia non est ratio quare deus non posset velle et aliquid precipere quod ipsa non possit implere et per consequens peccare. Sed oppositum huius tenet Eckham. Unde propter auctoritatem supra dictam dicit quod deus posset facere hominem qui non possit peccare. Et videri dicit quod ille non esset cum illis quod modo sunt eiusdem speciei specialissime. Sed probat sic: quod quicquid aliquid ducit alicui in diuiduo speciei specialissime nulli diuiduo eiusdem speciei repugnat formaliter. Hec est huius pro regula generalis in pluribus passibus. Sed isti homines demonstrato Sorte qui nunc est conuenit posse peccare: ergo ille homo cui hoc repugnet esse alterius speciei specialissime.

Si vero dicatur contra istam rationem quod istud assumptum est falsum. quia Sorte conuenit posse peccare et tamen isti homines demonstrato Christo repugnat posse peccare non obstante quod sit eiusdem speciei specialissime etc. Secundo homo esse species specialissima ergo non potest esse homo alterius speciei quam sicut iste qui potest peccare. Ad hoc valde probabiliter respondet. Ad primum dicit quod quis verbo diuino repugnet posse peccare. tamen illi nature que est verbo unita hoc non repugnat. Nam si dimitteretur a verbo posset peccare. Et illa natura est eiusdem speciei specialissime cum isto homine qui potest peccare et non cum verbo. quare etc. Ad secundum dicit quod homo dupliciter accipi potest. Uno modo pro omni composito ex corpore et natura intellectuali. et sic non esset species specialissima. ideo iste homo si fieret impeccabilis non esset eiusdem speciei specialissime cum isto etc. Alio modo pro composito ex corpore et tali anima intellectuali qualis nos habemus et homo sic sumptus est species specialissima nec ille qui fieret impeccabilis esset homo isto modo accipi-

Questio quartadecima

endo hominem. quare etc. Sed contra istam opinionem multipliciter inuita ri potest. Primo contra istam regulam suam inuita ri dicitur quia caliditas remissa comparatur secum frigore. et tamen hoc repugnat caliditati intente que tamen est eiusdem speciei. Similiter ligno pedali repugnat componi ex duobus pedibus et tamen hoc conuenit ligno bipedali. quare etc. Sed ad istas instantias facilliter potest dici quod regula est de his que essentialiter et formaliter conueniunt alicui vel repugnant in quantum est talis speciei. sic autem non est in istis ut patet ideo simpliciter concedo illud assumptum. Sed secundo arguo contra illud quod dicitur quod potest esse homo alterius speciei specialissime ab isto. nam quia hoc nomen homo est nomen speciei specialissime. nec potest esse nomen generis nisi per nouam impositionem. Et ideo quis etiam deus posset facere creaturam aliquam rationalem simpliciter impeccabilem non tamen hominem etc. Quod confirmatur sic. quia si poneretur talis homo impeccabilis ille esset nobilioris speciei et perfectioris quam ille angelus lucifer qui per superbiam cecidit non ergo deberet dici hoc modo. Consequentia videtur bona sed assumptum patet. quia ista differentia scilicet impeccabilitas per naturam. que est illi homini essentialis videtur esse nobilior quam aliqua habita a lucifero. et per eodem sequens ille esset perfectior eo etc.

¶ Sed quicquid sit de hoc arguo contra principale dictum et probo quod nullam creaturam rationalem potest deus facere simpliciter impeccabilem. quia deus potest sibi dare preceptum: vel ergo ipsa esse libera vel non. Si sic ergo facto precepto libere posset obedire vel transgredi et per consequens peccare. si vero non sit libera ergo nec rationalis. Si quis autem dicat quod deus posset facere aliquam creaturam rationalem vel liberam quicquid tamen sit de hoc tamen dato illi precepto ipsa posset illud non implere. quia deus posset ad impletionem illius sibi non coage-

re. quare etc. Confirmatur. quia secundum magistrum lib. 2. dist. 15. solus deus est in quem peccatum cadere non potest. Quarta ostendo quod illa responsio non capiat verba Augustini et magistri ad intentionem ipsorum quia vterque dicit de homine iam facto quod deus poterat eum talem facere qui non vellet peccare nec posset. Et tamen secundum magistrum deus non posset facere hominem iam factum alterius speciei quam est. ergo non est ad propositum dicere deus posse hominem alterius speciei fecisse qui non potuisset peccare. De eo igitur quod intentio Augustini secundo super Gen. cap. 4. unde trahuntur illa verba magistri. est solus respondere illis qui dicunt quod deus debuit hominem fecisse talem qui nollet omnino peccare increpantes deum quod hominem permittit temptari et peccare. Unde ad hoc respondendo dicit quod omnino melior esset natura que peccare non vellet quam illa que facere vult. Atrum autem deus posset facere hominem qui omnino peccare non posset nihil omnino determinat Augustinus salua reuerentia magistri. ideo magister non videtur habere intentionem Augustini nec Eckham etiam intentionem magistri. Non enim intendit magister quod deus posset facere hominem impeccabilem per naturam sed per gratiam. ita quod eum tantis donis gratuitis dotasset quod nunquam peccaret nec unquam sibi coageret nisi ad bene agendum sicut fuit de anima christi. et est de beatis. et sic non potuisset peccare. sed potentia propinqua sicut dicimus quod graue non potest delere quod impeditur nec frigidum potest calefacere aut obscurum illuminare. s. potentia propinqua quibus absolute et potentia remota hoc possit quia frigidum potest fieri calidum et obscurum luminosum etc. Sic etiam in proposito. quare etc. quod non valet supra dicta ratio. Nec sequitur si homo non posset peccare isto modo quod ideo esset simpliciter impeccabilis. nec quod esset alterius speciei ab illo qui posset peccare. Unde si alicui homini deus nullum preceptum dedisset siue eum ad nihil obligasset quod est absolute possibile per primam propositionem ille non

Primi sententiarum

posset peccare potentia propinqua. nec tamen esset alterius speciei ab alio. Immo peccatore sicut graue impeditur quod non potest descendere non est alterius speciei a graui descendente. Et sic patet ad dubitationem et eius rationem. Et hec de tertio articulo.

Explicit liber primus
Sequitur secundus.

Libri Tertij sententiarum Questio prima

A circa tertium sententiarum in quo principaliter agitur de incarnatione verbi et de donis ac virtutibus christi. Queritur utrum melius sit anime christi per unionem realem verbi incarnationi quam per unionem intentionalem alicuius donati creati. Arguit primo quod non. Quia melius est anime christi per unionem intentionalem creature gratie dei quam per unionem realem incarnate personae verbi. igitur questio falsa. prima est clara. His probatur quod melius est illi anime per illam gratiam quam possidet bene esse nature irrationali vel simpliciter non cognitiue sicut nature asini vel lapidis. Nam talis natura non est capax tanti bene esse. Et tamen tali nature potest realiter uniri persona verbi sicut anime christi. cum illa persona sit omnipotens et omnis natura creata sit impura potentia obedientialiter ad ipsam. igitur. Confirmatur quod de facto ita fuit in triduo mortis christi quod persona verbi realiter uniebatur nature irrationali. scilicet corpori christi mortuo. et tamen non erat illi ita bene per illam unionem sicut bene est anime christi per unionem gratie creature ut clarum est. igitur. Secundo principaliter arguitur sic. melius est anime christi per unionem intentionalem theologice virtutum quam per unionem realem coactionem ydionatum. igitur questio falsa. prima est clara. His probatur quia infinite bene fuit anime christi per alias virtutes theologicas infusas. Nam per illas merebatur infinite. Quod patet quia per scientiam infusam et creatas cognitiones illa anima fuit infinite sciens. Nam si cut determinat magister. 1. 4. di. huius tertio anima christi per sapientiam gratis datam omnia scit que deus scit. et per omnia infinita igitur etiam per gratiam creatam et infusas virtutes fuit infinite merens. Confirmatur. quia anima christi per illas virtutes de condigno meruit redimere genus humanum. imo secundum Anselmum sufficisset per infinitis mundis si essent. igitur illud meritum fuit infinitum. quia nullum finitum

pro tot et tantis premiis esset condignum. Tertio principaliter arguitur sic. quod melius est anime christi per unionem beatificam quam per ypostaticam. igitur questio falsa. contra questia est clara. Antecedens probatur. quia uniri deo beatifice est vltimum finis rationalis creature. et non uniri deo ypostatice. igitur est eius optimus finis. sed nihil est tam bonum alicui rei sicut suus vltimus et optimus finis. Confirmatur quia sicut creatura rationalis et irrationalis non possunt esse equaliter bone essentialiter. Sic si quilibet habeat suam denominationem bene essendi sibi possibile sequitur quod non erit eis eque bene. Sed unio ypostatica potest competere tantum creature rationali quam irrationali. sicut patet in prima ratione. et non unio beatifica. igitur. Unde tali fundamento videtur innuere Aristoteles. 1. Ethicorum. et alij pluribus locis ubi probatur felicitatem non consistere in voluptatibus. quia sunt communes tantum hominibus quam brutis. igitur. In oppositum arguitur ex illo dicto Augustini. In rebus per tempus ortis non fuit maior gratia quam quod deus fieret homo et homo deus. Sed istud factum est per unionem ypostaticam seu realem verbi incarnationem non per beatificam seu intentionalem cuiuscumque doni creati. igitur. Pro intellectu tituli questionis primo sciendum est quod in christo multiplex est unio verbi ad animam siue ad naturam humanam. Una est que vocatur realis et est unio ypostatica id est unio suppositiua qua verbum unitur nature humane in unitate suppositi seu personae ita ut suppositum verbi sit suppositum humanum. Alia est unio que vocatur intentionalis et est unio qua verbis unitur anime per aliquam qualitatez intensibilem. Et ista est duplex. quedam est per gratiam gratificantem. Alia per gloriam beatificantem. Et de hac triplici unione iuxta materiam trium argumentorum ante oppositum in ista questione erunt tres articuli. Primus erit de unione ypostatica et coactione ydionati. Secundus erit de unione gratifica et collatione virtutum. Tertius erit de unione beatifica et responsione ad quesitum.

Tertij sententi arum

3 Quantuz ad primū articuli premituz aliquas ppositiōes. Deinde soliam aliquos casus dubitabiles.

Prima ppositio sit hec q̄ psona verbi assumptū humanitē in supposito seu persone unitatem. Ista est supponēda tanq̄ articulus fidei. sed circa eius intellectum videndum est quid sit suppositum et quid persona. Et de supposito potest describi q̄ est ens completus nō constitutus cum alio aliquid vniuz. nec alteri inherens. nec ab alio sustentatus per cōpletum excluditur anima intellectiua et quelibet alia forma nata facere aliquid cōpositum per non constitutus aliud vnum fm aliquos excludit natura diuina et relatio que constituit aliud vnum scz personam. Sed hoc reprobauit in primo li. vbi ostendi q̄ etiaz concedēdū est q̄ natura diuina est suppositum licet non formaliter. et relatio tam realiter q̄ formaliter est suppositū ideo dico q̄ per illud excluduntur partes integrales. per ly nec alteri inherēs excluditur accidētia. per ly nec ab alio sustentatum excluditur natura humana in xpo. Et sic in descriptione suppositi ponitur aliquid positiuū et aliquid negatiuum. Persona nō potest describi q̄ est suppositum intellectuale. Ex his pmo sequitur q̄ omnis persona est suppositum sed non econuerso. quia lapis est suppositum et non persona. Secūdo sequitur q̄ ad aliquē sensum potest concedi q̄ deus potest aliquid assumere in unitatem suppositi et non persone quod per se subsistēs est suppositum et non persona. sicut natura lapidis.

Tertio sequitur q̄ aliqua natura est supposituz que potest desinere esse suppositum. et aliqua non est suppositum que potest inclpere esse suppositum. Primum patet de humanitate sortis. Secundum de humanitate christi si illa assumeretur et ista dimitteret a verbo. Secūda ppositio. sicut persona verbific et quelibet persona diuina potest assumere humanitatem vniuz. vel plures simul vel successiue in supposito siue persone unitatez. Patet. quia que

libet persona diuina est equaliter omni potens et nullum istorum fieri implicat contradictionem. Tertia quelibet persona diuina sicut potest assumere humanitatem sic et quamlibet aliam naturā que potest esse supposituz siue rationalē siue non rationalē in supposito siue persone unitatez. Patet quia quelibet talis natura est in pura potētia obediēciali passiua et quelibet talis persona est infinita potentia actiua. Quarta ppositio. Licet non sola persona verbi potuit assumere humanitatem tamē ipsa sola de facto eam assumpsit in supposito seu persone unitatez. Prima pars patet ex secunda propositione. quia patet hoc potuit et spiritus sanctus. Secūda patet ex fide. Quinta licet non sola persona verbi fuerit causa effectiua huius assumptionis. tamē ipsa facta est homo assumptione humanitatis. Prima pars patet. quia opera trinitatis sunt indiuisa ad extra. id est sunt cōmuna cuiuslibet persone diuine. Secūda patet ex fide per illud Iohannis .i. Verbum caro factuz est. vbi fm glosam caro ponitur pro homine. et per illud in simbolo. Et homo factuz est. Et p Augustinum primo de trinitate capitu. 6. talis erat illa susceptio que deuz hominem faceret et homines deū.

Sed ad intellectum huius videnduz est quid importat in proposito per istū terminuz homo. Pro quo sciendum q̄ licet fm aristotelem nulla res importetur per hoc nomē homo quin eodē modo importetur per hoc nomen humanitas et econuerso. et eo quia fm ipm nihil est hic inferi nisi materia forma vel cōpositum vel accidens alicuius horuz et nullum istoruz plus. importatur per vnum q̄ per reliquū. sicut patz inductiue. supposito tamen q̄ humanitas non significet solum animam intellectiuam nec naturam specificam cōmunē quod pro nunc supponitur. tamen fm fidem ista nomina nō sunt synonyma. sed pos sunt pro distinctis rebus supponere. Nā hoc nomen homo est nomen suppositi et supponit pro filio dei. sed hoc ne

Questio prima

men humanitas est nomē nature. et nō supponit pro filio dei. hoc autē faciliter potest apparere ex descriptionibus qd nomina istorum terminoz. Nam hoc nomen humanitas nihil significat nisi naturam cōpositam ex corpore et anima intellectuā non exnotando q̄ ista natura sustentatur ab aliquo supposito salicē a verbo. vel q̄ non sustentatur. Et ideo semper pro ista natura supponit precise et nunq̄ pro filio dei. cum ipse nō possit esse ista natura. Et hoc nomen homo signat illam naturā connotando eam esse per se existentem vel ab alio supposito sustentatam siue supposituz. Et de iste terminuz homo distinctione quid nonnullis potest sic distingui. homo est natura cōposita ex corpore et anima intellectuā ab alio supposito nō sustentata. vel est aliquid suppositū talem naturam cōpositam sustentatū de quolibet enī homine ista descriptio pro altera parte verificatur. Prima pars enī verificatur de quolibz homine alio a christo. et secūda pars s̄ solo christo.

Ex predictis sequitur primo q̄ filius dei non eodem modo nec omnino vniuz et siue fm eandem rationē dicitur homo sicut et alij homines. p̄ quia fortis et quelibet alius homo dicit hō quia est natura cōposita ex corpore et anima intellectuā a nullo sustentata. sed filius dei nō dicitur homo hac ratione. scz q̄ sit talis natura cuius hoc sit impossibile. sed quia est suppositum sustentans talem naturam et terminans eius dependentiam.

Secundo sequitur q̄ licet hec particularis sit vera aliquis homo est humanitas nō hec vltis est falsa. ois hō ē humanitas primū p̄ de forte. secundum patet de christo. Tertio sequitur q̄ hec de virtute sermonis est falsa. filius dei assumpsit hominem. quia ly homo supponit pro persona filij dei. ideo si talis locutio quandoq̄ inueniatur Augustini vel aliorum sanctorum exponenda ē vt per hominem intelligamus humanitatem ita q̄ capiatur concretuz pro abstracto. Sexta ppositio est. q̄ q̄ persona verbi assumēdo humanitatem in unitate

suppositi sit homo. ideo sit in xpo ydionatum communicatio. Hoc autē sic est intelligendum qd per ydionata in proposito intelligamus proprietates siue predicatas. et per cōmunicatiōne mutuā verificationem vel sic cōmunicatio ydionatum nihil aliud sit nisi mutua verificatio p̄dicatoz. Et sic est sensus p̄ponis q̄ ratione illius assumptionis qua persona verbi sit homo. p̄prietates et p̄dicatas que dicunt de persona verbi verificant de xpo. sub hoc nomine homo. ita q̄ ipso demonstrato verum est dicere q̄ hic homo est filius dei eternus immensus creator mundi etc. et etiā econuerso ea q̄ dicunt de natura assumpta in xpo sub hoc nomine homo verificant de xpo sub hoc nomine deus. vt q̄ hic homo qui est deus est natus de virgine passus mortuū loco circumscriptū etc. Et dixi in concreto. q̄ nō est verū q̄ deus est humanitas. et nō est diuinitas. Sic ergo intelligitur cōcatio ydionatum. Sed circa hoc dico aliqua. Primo dico q̄ non cōsimiliter seu eque p̄prie dicuntur predicata diuina de hoc nomine. et humana predicata de deo. eo q̄ in christo persona diuina est assumens et natura humana que assumpta. vnde magis p̄prie de christo dicitur. iste homo est immortalis absq̄ hoc q̄ addatur fm diuinitatem. quoniam iste homo est proprie persona diuina q̄ dicitur deus est mortalis. imo oportet in ista addere vel subintelligere fm humanitatem. Et causa est. quia persona diuina est assumens. ideo iste homo est persona diuina immortalis: sed ipse non est natura humana. nec natura mortalis. Secūdo dico q̄ ista differētia predicationis nō est omnino talis: sicut in alijs solet dici vnum esse verum simpliciter et aliud fm quid et falsum simpliciter. sicut Libiops est albus fm quid. scilicet fm dentes et niger simpliciter. et ideo hec est falsa simpliciter. iste est albus nisi addatur fm dentes. Nam ista deus fuit passus et similiter etiam siue addito: licet semper sit intelligendum fm humanitatem. nō tamen sunt false

Quid sit suppositum

Quid sit suppositum

simpliciter. Et causa dissimilitudinis est dissimilitudo habitudinis humanitatis christi ad personam verbi. et deus ethiops ad reliquos corporis. Vel forte magis proprie loquendo tota causa dissimilitudinis est modus loquendi scripture et sanctorum. in quo videre meo totaliter fuit ista communicatio ydionati. Tertio dico quod non obstante quod tales sint vere simpliciter: et quod in aliquibus scilicet in illis in quibus datur in subiecto intelligi humanitas sicut hic homo christus fuit passus. etiam non sit necessitate addere secundum humanitatem. tamen talis additio est in aliquibus expressa media. non ad necessitatem veritatis: sed ad exclusionem cause erroris: ut hic. filius dei est creatura: debet addi secundum humanitatem: ne videatur concordare heresi ariane. Et ita in alijs predicatis que si sine additio diceretur de christo posset suspicari ne ab eo excluderetur diuinitas. Similiter de alijs de quibus posset suspicari ne attribuerent diuine persone secundum se. debet addi secundum humanitatem: ut hic. filius dei est co-positus. Nam neque persona neque natura diuina est co-posita. nec christus est co-positus ex duabus naturis diuina scilicet et humana. sicut ex tribus rebus corpore. scilicet anima et diuinitate. sed tamen ex duabus. secundum humanitatem. scilicet corpore et anima essentialiter et ex infinitis partibus quantitatis integralis Ideo non est concedendum quod humanitas sit pars christi. Nam sicut homo non est co-positus ex albedine et substantia: sic nec christus est co-positus ex humanitate et persona diuina. Et Septima propositio per hoc quod persona verbi assumpsit humanitatem diuinitas est incarnata et sibi est humanitas unita in supposito seu persone unitatem. Primum per Augustinum. i. de trinitate. ca. 9. Forma dei accepit formam serui et sine dubio natura naturam accepit. Secundo per auctoritatem Hieronimi. in explanatione fidei. Passus est filius dei: non secundum illam substantiam quam assumpsit sed secundum illam substantiam que assumpta est. igitur etc. Tertio probatur: quia cum persona verbi et diuinitas sint idem realiter quod conceditur de persona non debet negari de diuinitate. nisi ad hoc cogat fides.

de novo sic quod non sit ab eo primo sed prius fuit ab eo etc. Ex his omnibus sequitur quarta propositio quod hec omnia non valent incipere creari, ergo hoc incipit produci. Hec ista, hoc de novo creatur, ergo de novo producat. Primum quous ams est verum de accidenti eucharistie immediate post consecrationem panis, et per hunc de eodem est salum, igitur etc. Quinto ad principale arguitur sic. Appropinquet hostia consecrata igni: certum est quod ibi producat calor et tamen non in subiecto. Sed non est negandum quod ille calor producat ab igne cum hoc apparet sensui et fides non cogat illud negare, igitur ignis creat ibi calorem etc. Sexto arguitur quod creatura annihilat quia appropinquet hostie consecrate aliquod agens naturale corruptum albedinis certum est quod illa albedo destruitur, et per hunc annihilabitur. Sed non est negandum illam destructionem seu annihilationem esse ab illo agente naturali cum hoc apparet sensui etc. sicut immediate arguebat, igitur etc. Sed ad hanc rationem respondet Decanus in quarto duplici. Uno modo quod accidens separatim nulla virtute creata potest corrumpi, quod hoc esset per annihilationem et nulla creatura potest annihilare sicut nec creare, et istam rationem ipse simpliciter tenet in secundo, quod si in secundo quous, quod nona. Sed contra eam est ratio iam facta de apparentia sensus. Alii respondet quod creatura potest annihilare licet non creare, et rationes diversitas assignat quam transeo causa brevitas. Etiam quod ista ratio concedit propositum de annihilatione. Sed contra eam arguo probando quod si creatura in casu posito annihilat quod etiam creat, quod experientia docet quod si corrumpit in eucharistia aliqua qualitas ibi alia introducat ad presentiam eiusdem actus ad cuius presentiam corrumpitur prima. Et ita descendit quod ab eodem activo productum secunda a quo destruebat prima, ut si ab igne destruitur frigiditas ab eodem introductur caliditas. Et ista secunda ita bene est sine subiecto sicut prima maxime si non ponatur quantitas distincta a qualitatibus sicut iste Decanus ponit. Igitur

Questio prima

agens creatum annihilat ut probatum est, et ab isto concessum sequitur quod etiam creat, et sic patet conclusio etc.

Sed contra predictam conclusionem expresse vident esse quedam auctoritates sanctorum et doctorum. Prima est Augustini super Genesim, 15. de magnis, 22. de parvis, Angeli nullam omnino possunt creare naturam, et ibidem ca. 20. Et are aliqua naturam tamen nullus angelus nec seipsum creare potest. Si ergo non potest angelus nec aliqua inferior creatura. Secunda est Damasus, ca. 18. Qui dicunt angelos esse creatores alicuius nature sunt omnes filii diaboli. Tertia anabasilis lib. suo contra arrium ponentem spiritum sanctum esse creaturam. Creatura creatrix esse non posse nulli omnino esse estimo ambiguum. Quarta Hugonis de sacramentis lib. primo parte, 6. ca. vlti. De nihilo facere aliquid siue de aliquo nihil solus deus potest. Multe alie possent induci sed iste videtur magis expresse. Ad istas auctoritates et omnes similes potest respondere quod intelliguntur de potentia naturali ter ordinata et creature naturaliter indita, et sic sunt pro secunda conclusione sed per eas non negatur quin creatura possit creare vel annihilare de potentia simpliciter absoluta et facta aliquo miraculo preter vel contra potentiam naturaliter ordinatam, et hoc non est contra predictam tertiam conclusionem. Vel aliter potest dici quod nulla creatura potest creare vel annihilare auctoritative se sola virtute propria, sicut ponit prima conclusio, et sic possit intelligi predictae auctoritates de quacumque potentia siue ordinata siue absoluta, sed nunc non sunt contra tertiam conclusionem. Hec de secundo articulo. Quamvis ad tertium articulum videndum est utrum sacramenta legis nove sint perfectiora sacramentis legis antique. Circa quod tria videnda sunt. Primum quod sit sacramenti diffinitio. Secundo quid antiquitas conferbat circumscriptionem. Tertio ex his patebit huius articuli responsio. Ad videndum enim differentiam sacramentorum

veterum et novorum prius est videndum de circumscriptione utrum ipsa conferat gratiam, quod de hoc tangit magister in prima distinctione huius quarti, et tertia ratio ante operum positum, quod. Primum igitur circa diffinitionem sacramenti notandum est quod secundum Aristoteli, posteriorum duplex est diffinitio. Una est exprimens quid rei, alia exprimens quid nominis. Primum modo nihil diffinitur nisi sit res una, et si sit una unitate compositionis partium diversarum rationum sicut materie et forme, tunc pro parte diffinitur per genus et differentias essentialem, que diffinitio vocatur diffinitio quidditativa. Si vero sit res simplex sicut angelus vel anima aut res una unitate compositionis partium eiusdem rationis sicut caliditas vel frigiditas tunc non potest diffinitur diffinitione quidditativa, sed bene diffinitur descriptione que datur per genus et differentias vel differentias accidentales et per multos conceptus quorum quilibet est in plus et totum in eque. Secundo autem modo potest esse uniuersale diffinitum quicquid significet in recto vel in obliquo, eo quod pro omni nomine possunt poni nomina distincte significatia illa que significantur per unum nomen. Ad propositum ergo dico quod sacramentum non potest primo modo diffinitur, quia non est aliqua res una, et hoc requiritur ut diffinitur illo modo sed bene diffinitur secundo modo, scilicet diffinitione quid nominis. Et sic diffinitur magister sacramentum quod est inuisibilis gratie visibilis forma. Et Augustinus, 10. de ciuitate dei, c. 5. Sacramentum est facere rei signum. Secundo notandum est quod Scotus, 2. q. quarti exponendo predictam diffinitionem magistri diffinitur sacramentum sic. Sacramentum est signum sensibile gratiam dei vel effectum dei gratuitum ex institutione diuina efficaciter signans ordinatum ad salutem hominis viatoris. Et in hoc quod dicitur efficaciter includitur tamen certitudinaliter quam prenotice. Et secundum hoc ut dicitur est intelligenda diffinitio magistri. Unde cum in ea ponitur forma debet intelligi pro signo, sicut imago Herculis dicitur for

Quarta sententiarum

ma clus. q̄ autem dicitur visibilis. capitur ibi pro sensibili cuiuslibet sensus. q̄ visus est excellentior omni sensu & plurimum differentiarum cognoscitivus fm̄ philosophum primo metha. Ponitur autem ibi inuisibilis gratia pro effectu dei gratuito interiori ordinato ad salutem hominis viatoris. Non enim oportet q̄ semper res sacramenti sit gratia existens in anima. sicut patet in eucharistia. Debet etiam in dicta diffinitione suppleri ex institutione divina cōtra signum signans naturaliter & efficaciter contra signum equiuocum seu dubium: & contra signum sequens naturaliter signatum. Tertio notandum est q̄ **Secunda** p̄. q̄. quarti diffinit sacramenta. q̄ est signum signans effectum dei gratuitū. Et dicit q̄ hec oratio non predicat modo nisi de sensibilibus. si tamē deus institueret spiritualia ad signandum dei effectum gratuitū tunc illa eis competere sicut modo sensibilibus. ideo in illa diffinitione non ponitur sensibile ut possit esse cōmune tam sensibilibus q̄ spiritualibus quibus potest diffinitum competere. Et in hoc bene dicitur mihi videtur & valde concordat cum illa diffinitione Augustini. sacramentum est facere rei signum. intelligendo per rem sacram effectum dei gratuitū. Sed tamē diffinitio Scoti videtur completior et magis circūstantionata ad differentia signorum que non sunt sacramenta.

R His premis ponā tres conclusiones. Prima est q̄ licet possibile sit deo de potentia absoluta culpam dehere originale: aut aliam quamlibet mortalem sine infusione gratie vel collatione cuiuscumq̄ positivi vere repugnantis illi peccato. v̄puta originalis iusticie. tamē de potentia ordinata hoc non est possibile. Primam partem diffinitio probat Scotus sup̄ quarto. q̄. 5. Et stat principale motuum in hoc. q̄ aliquis potest fieri de peccatore non peccator per solam liberam dei acceptationem. & licet circa istam materiam plura possint dici tamen transeo. quia de his magis spectat videre supra primum li-

brum in materia de gratia. Secundam partem conclusionis q̄ magis est ad p̄positum probō sic. quia licet absolute sine contradictione possit esse medius in specie humana inter filium regni & filium perditionis sc̄z homo in puris naturalibus. tamen fm̄ legem ordinatam post lapsum nullus est medius inter gratiū qui est filius regni & ingratum seu peccatorem mortalem qui est filius carceris. igitur fm̄ legem ordinatam non est possibile q̄ aliquis sit sine peccato mortali & non habeat gratiam. quia fm̄ Augustinum. 1. 5. de tri. c. 19. Gratia est que dividit filios regni & perditionis. quare &c. **S** Secunda conclusio est ista q̄ sicut in circūcisione debebatur originalis culpa. sic in ea conferebatur gratia. Prima pars su pponenda est tanq̄ doctrina sanctorum. & etiam ad hoc est ratio. quia nullo tempore deus dimisit genus humanum. & maxime illos quibus dedit legem sine remedio contra peccatum et necessario ad salutem. sed in lege moysi non videtur aliud remedium contra originale peccatum nisi circūcisio. igitur &c. Sed circa secundam partem conclusionis sciendum est q̄ de ea est duplex opinio. Quidam dicit q̄ de facto in circūcisioe debebatur culpa originalis & non conferebatur gratia. Et hoc dicunt propter auctoritates que videntur negare gratiam a sacramentis veteris legis. sicut est illa glosa ad Romanos. 4. que dicit q̄ in circūcisione peccata solū dimittebantur sed gratia ad bene operandū adiutrix non prestabatur. Et illa auctoritas Augustini. super ps. 7. vbi dicit q̄ sacramenta veteris legis tantum promittebant & significabant. hec autem dant salutem. sc̄z sacramenta noua. Alii autem dicunt q̄ principalem institutionem fuit circūcisio propter delectionem culpe originalis ex consequenti ad gratiam conferendam & pro tanto dicitur non conferre gratiam quia non est principalem institutionem sed concomitantem. Contra primam opinionem apparet satis ex secunda parte prime conclusionis q̄ in circūcisione confereba-

Questio prima

tur gratia. & ad hoc etiam sunt auctores. prima Augustini in libro de nuptiis et concupiscentia. & ponitur de consecra. distin. 4. Ex quo instituta est circūcisio ad purgationem peccati veteris valebat magnis parulis sicut baptisimus valere cepit ex quo institutus est. quod non esset nisi conferretur gratia. Item Beda super illud Luce. 2. post q̄ cōsummata &c. salutare curationis remedium circūcisio in lege agebat quod medius circūcisio in lege agebat quod baptisimus tempore gratie consuevit. igitur &c. Sed contra secundam opinionem probatur q̄ in circūcisione intendebatur gratia. quia agens fini rectam rationem principaliter intendit perfectionem q̄ carentiam imperfectionis. quia non intendit illam carentiam nisi propter perfectionem. igitur &c. Tertia conclusio est q̄ licet sacramenta noua sacramentis antiquis sint perfectiora tamē hoc non est ideo quia in solis sacramentis nouis conferat gratia. Prima pars patet. quia legis perfectiora sacramenta sunt perfectiora. Sed secunda pars patet. quia etiam in antiquis sacramentis conferebatur gratia sicut iam probatum est de circūcisione. igitur &c.

Hic est ergo dubitatio in quo sacramenta noua sunt alijs perfectiora cum in alijs conferebatur gratia sicut conferuntur in istis. Item quid dicendum ad auctoritates supra tactas que videntur negare gratiam a sacramentis antiquis. Pro solutione istorum notanda est quedam distinctio quam ponit Scotus. sc̄z q̄ sacramentum potest capi proprie et improprie. Modo in lege moysi fuerunt multa sacramenta improprie dicta. sicut purgationes ab imundicijs contractis ut a tactu mortui & a lepra & sic de alijs Erant etiam ibi quedam sacramenta improprie dicta alia a predictis tamē p̄ accedentia ad perfectionem sicut erant oblationes hostiarum. hec enim pertinebant ad cultum patrie p̄ v̄ tempore illo quo deus sic voluit coli. Et iste sc̄z purgationes & oblationes dicebantur ceremonie vel ceremonialia sacramenta. Et de istis potest concedi q̄ non dabat

gratiam tanq̄ signa efficacia respectu gratie modo quo expōsitum est efficaciter in diffinitione sacramenti. imo etiā dixerunt aliqui q̄ nec in illis conferebatur gratia per modum meriti. sed istud videtur nimis durum q̄ aliquis ex obedientia seruet dei preceptum cuiusmodi erant precepta de predictis ceremonijs in lege. et tamen q̄ non mereatur gratiam vel augmentum eius si eam habeat prius. ergo licet in illis non conferretur gratia ex virtute operis operati sicut fit in sacramentis proprie dictis. tamē in illis conferebatur virtute operis operati. id est virtute boni motus interioris tanq̄ meriti. Sed preter illa adhuc in lege erat circūcisio: que fuit proprie sacramentum. in ea enim conferebatur gratia virtute operis operati ita q̄ non requirebatur in suscipiente bonus motus interior qui mereretur gratiam. sed sufficiebat q̄ suscipiens eam non poneret se obice. Et si sint aliqua dicta sanctorum aut doctorum negantia gratiam a sacramentis antiquis loquendo non solum de sacramentis improprie dictis sed etiam de circūcisione illa possunt tripliciter intelligi fm̄ triplicem comparationem perfectionis sacramentorum nouorum supra antiqua sacramenta. **P**rimo modo potest intelligi q̄ circūcisio nō conferebat gratiam nec alia sacramenta antiqua. id est paruum gratiam conferebant respectu baptisimi & aliorum nouorum sacramentorum. Secundo modo potest dici q̄ non conferebant gratiam sc̄z que esset immediata dispositio ad gloriam. quia illa gratia non aperuit sanuam regram. sed hoc non fuit ex defectu illorum sacramentorum. sed q̄ fluxerit tempore quando nondū erat pretium solutus. id est ante passionem christi. Unde ita fuisse tunc de sacramentis nouis. Nam licet omnia sacramenta tunc noua q̄ antiqua habuerit efficaciam a solo deo tanq̄ a causa principali. tamē a x̄po patiente siue a passioe x̄pi habuerunt efficaciam tanq̄ a cāmeritoria sicut probat Scotus in quarto. 1. quest. 2. dist. 1. Modo sicut ipse dicit

Quarti sententiarum

est eisdem quia obsequium iusticie de facto exhibitus ad manus acceptatur & ipsum solum preuisum. Trinitas vero in sacramentis antiquis coferebat gratiam merito passionis christi tanq̄ ab ea preuiso. ipsa aut̄ nunc in sacramētis nouis cofert gratiam merito passionis christi tanq̄ iam exhibitio. Ideo maiorem efficaciam habent sacramenta noua q̄ antiqua. Et etiā noua maiore habuerunt efficaciam post christi passionē q̄ antea: quare perfectiora fuerunt post q̄ antea. Tertio modo potest intelligi q̄ circumcisio non conferebat gratiam quia non vniuersaliter cuiusq̄ suscipienti. ipsa enim forte ex sua institutione determinabatur ad certum gradum gratie. ita q̄ vltra illum nō conferebat. et si tantum gradum inueniebat in suscipiente. nihil conferebat eidē. Et iste vltimus modus apparet de intentione magistrī. Unde cum ipse dixerat q̄ in circumcisioe gratia non dabatur. statim ipse subdit vt in baptismo. Et causam reddit: quia quantumcunq̄ iustus accedit ad baptisum. vltiorem ibi accipit gratiam supple nisi tantum habet q̄ maiores habere non possit: sed sic non erat de circumcisioe. Unde abrahe iam iustificato signaculum tantum fuit et nihil ei contulit supple per modum sacramēt. quia iam habebat illum gradum ad quem determinata erat circumcisio. Et ad quem poterat virtute operis q̄. gratis: sed tamen ei bene contulit virtute operis operantis: quia credendus est q̄ actus circumcidēdi ex obedientia dei & charitate procedens fuit ei valde meritorius sicut immolatio ysaac. Licet ergo in circumcisioe non semper daretur gratia tamen ipsa erat verum & certum signum gratie: vel in fieri si nō erat obex: vel in esse sicut in Abraam: et ita de circumcisioe et baptismo christi.

¶ Ex predictis patet q̄ sacramēta noua tripliciter perfectiora sunt antiquis sacramentis. sed adhuc quarto sunt perfectiora: quia licet omnia sacramenta sint instituta a deo: tamē antiqua a deo instituta fuerunt mediū

te alio: quia sicut Apostolum Galat̄. 3. Lex per angelos data est in manu mediatoris. Noua vero sacramenta a christo vero deo immediate instituta sunt: vt de singulis patet. De baptismo Matthei vltimo. Euntes docete omnes gentes baptisantes etc. De eucharistia Matthei. 26. in cena. De confirmatioe Johannis. 20. Accipite spiritum sanctum etc. vel Actuum. 2. De penitētia Johannis. 20. Quorum remiseritis peccata etc. De extrema vnctione non apparet vbi fuerit instituta. tamen Marti secundo legitur q̄ apostoli vngebant infirmos etc. quod non fecissent nisi ex institutione christi. De matrimonio Marti decimo apparet q̄ christus approbat illud quod deus in statu innocētie per os Ade publicauit. De ordine. Marti vigesimo sexto. Hoc facite in meā etc. Et Johannis vigesimo. Quorum remiseritis peccata remittuntur etc. Et hoc verum est sicut Thomam & Scotum Quod tamen non tenet dominus Armanicus libro suo de questionibus armenorum. Sed de hoc et de alijs in suis locis videbitur.

Et hec de tertio articulo. Ad rationes ante oppositū patet ex victis quid dicendum sit etc. Et hec de questione.

Questio secunda.

A

Uia in secūda distinctione huius q̄rti magister incipit tractare in speciali de baptismo christi. ideo quero **Utrum baptisimus**

christi sit ad salutem necessarius cuiuslibet viatori. Arguitur primo q̄ non. Nullus baptisimus christi est ad salutem necessarius viatori. igitur questio falsa consequētia est clara et antecēdēs p̄. primo de necessitate absoluta: q̄ clarū

Questio secūda

est q̄ deus possit de potentia absoluta saluare aliquē non baptisatū. Secūdo de necessitate ordinata. q̄ clarū est q̄ de lege ordinata baptisim⁹ fluminis nō est ad salutem necessarius viatori. Nā per baptisim⁹ sanguinis pot̄ saluari. sicut p̄. de innocentib⁹. et ita arguit de quo liber baptismo inductiue. igit̄ null⁹ etc.

Secūdo arguit sic. Qui baptisati fuerunt baptismo Johannis non tenebant iterū baptisari baptismo xp̄i. igitur etc. p̄. nō est clara. et antecēdēs p̄. per magistrū in fine secūde distinctionis. vbi dicit qui spem posuerūt in baptismo Joh. et patrē et filiū et sp̄m sanctū credebant nō sunt potes baptisari. Tertio sic. Circūcisio aliqui sufficiebat ad salutē. q̄ et peccatū debebat et gratiā conferebat vt dicitur est in precedenti q̄stione. Sed xps p̄ institutionē baptisimi nō euacuauit nec reuocauit circūcisioe. Tuz primo q̄ ipse dicit Marti. 5. Nō veni soluere legem sed adimplere. Circūcisio aut̄ data fuit in lege Hen. 17. Tum secūdo. q̄ Hen. 17. data fuit Abrae circūcisio in sedus semp̄ mēsurā. Tum tertio. q̄ deus instituit circūcisioe. nec apparet vbi eam reuocauerit. imo xps eam seruauit toto tpe vite sue. nec alius a deo pot̄ aut potuit eam reuocare. igit̄ ipsa adhuc sufficit ad salutem. et per p̄. nō est necessarius baptisimus etc. Oppositū patet Jo. 3. Nā si qs renatus fuerit ex aqua etc. In ista q̄stione erunt tres articuli sicut in alijs

In primo articulo videbitur que sit baptisimi diffinitio. In secundo articulo videbit̄ de p̄ncipali questio. In tertio articulo vtrū per institutionē baptisimi euacuata sit circūcisio. q̄ de isto tan gatur in tertio argumento ante oppositum. q̄. B. Quantum ad p̄mū articulū ponenda et exponenda est baptisimi diffinitio que sicut doctores pot̄ dari sic. Baptisim⁹ est ablutio hominis viatoris. nec actualiter nec habitualiter diffinitis. facta in aqua elementari fluida ab alio simul abluente et proferente certa verba a xpo instituta cū intentione faciendi q̄s intēdit facere ecclesia christi

stiana. Ex hac enī diffinitione patet qd sit materia et quid forma baptisimi. sic loquēdo sicut doctores loquunt de materia et forma sacramenti. Patet etiam que sit persona ministrans vel persona suscipiens baptisimum. Primo enī patet que sit materia baptisimi. q̄ aqua elementaris fluida. per hoc q̄ dico elementaris excluditur quicunq̄ humor mixtus mixtione que variat speciem aque et de quo aqua dicitur equiuoce. sicut aqua rosacea vel vīna que est colatura sanguinis vel ceruisie maxime bona q̄ bene nutrit. Vbi vero mixtio nō mutat aquā a specie sua aqua est conueniens ad baptisimū. sicut est in aqua mixta p̄ cōsensionem partium terrestrium supra positarū vel aliarum manentium in suis speciebus vt aqua maris. liturū vel aqua sulphurea. Vbi vero vbiū esset de mixtione an variaret spem aque vel non. vt in farina et in brodio carniū et in alijs quib⁹ ceruisijs aut alijs similib⁹. q̄ quo non ad theologum sed ad p̄m vel ad medicū pertinet iudicare. t̄. in tali vobis via certior est tenenda etc. Per hoc autem q̄ dico fluida excluditur congelata vt nix vel glacies. et generaliter oēs aque que licet mancant in specie sua tamen per mixta positionē grossorū corporum vel alias efficiuntur tam spissa q̄ nō potest abluere vt lutus et alia si qua sūt similia. Si autem querat̄ cur baptisimus fiat potius in aqua q̄ in aere. cur aer sit cōmuni⁹ q̄ aqua. Dico q̄ sola ratio est diuini beneplacitum q̄ ita voluit ordinare. Ad hoc tamen sunt congruentē. Primo quia aqua est magis frigida. Secundo q̄ ipsa est magis humida. Tertio q̄ ipsa est lucida. Quarto quia satis cōmuni⁹ habita. In primo significat concupiscentie extinctio. in secūdo significat gratie iniunctio. in tertio significatur fidei illustratio. in quarto significatur baptisimi cōmuni⁹ obligatio. Per autem non habet omnes predictas conditiones. et etiam non est elementū resistens tactui sicut aqua etc.

Est igitur baptisim⁹ ablutio hominis facta in aqua elementari fluida. Et de

Tertij sententiarum

co ablutio nō perfusio nec aspersio nec immersio. qz requirit qz sufficit qz sit ablutio seu lotio. et non dico vnica vel trina quia quilibet sufficit ad necessitatez sacramenti. sed minister tenetur seruare modū ecclesie in qua baptisat aliter grauitur peccat. **E**x his sequitur aliqua correlaria. Prio sequit qz puer non pot baptisari existens in utero matris fm omnes partes. nec sufficit qz mater baptizaretur. Ratio est nō illa quā Thomas assignat scz quia est cōiuncta cause corruptionis vt pbat Scotus. sz quia baptisatus est lotio seu ablutio q fieri nō potest in utero matris. Si autem puer appareat extra uterū matris fm partem pncipales vt caput tunc potest baptisari. nec oportet ipm postea rebaptisari. Si vero fm partem minus pncipales vt manū vel pedem illa pars est baptisanda quia in ea ē tota anima vt dicit Scotus. licet quidā dicant oppositum. Si tamen puer postea nascatur uiuus plenarie potest baptisari sub cōditione. Si autem mortuus fuerit nō est ei negāda ecclesiastica sepultura. Lū ergo dicitur. baptisimus est ablutio hominis intelligendū est fm totum corp⁹ vel partem pncipalem vel etiā quācūqz in casu necessitatis fm Scotus. Secūdo sequit qz si paruulus conuolueret et poneretur in aqua. Ita tamen vt aqua non tangeret corpus eius sed corruū solus non esset baptisatus. sed si tangeret corpus esset baptisatus. si alia ad baptisumz requisita fierent. Sed Scotus dicit qz si proijceret de pōte nō eet baptisatus quia talis pectio nō est ad uitāz nec ad lotionem. sed ad mortem. Holkot tamen dicit qz si hoc fieret in casu necessitatis et puer moreretur ipse saluaretur deo perficiente illud qd ab homine sit imperfecte. si autem euaderet mortem esset sub cōditione baptisandus. Tertio sequitur qz aqua inbibita in spongia vā est ibi si contingat carnem per contactum spongie nō est sufficiens materia baptisimi. quia talis cōtactus nō est lotio sed cōtactus aque fluidē libere contingentis se cutis sepa-

rantis inter cutem et aliud corpus vt dicit Scotus. Quarto sequit qz si quis in casu necessitatis puerū in calato positum cum corda immergat in aqua pueri. faciendo alia requisita. talis est vere baptisatus et non rebaptisandus. qz non oportet qz baptisatus tangatur immediate ab aliquo homine. sed sufficit qz lauetur etc. Et sic p̄z de materia baptisimi. **D** Secundo ex predicta diffinitione p̄z que sit forma baptisimi quia certa verba a christo instituta. ista scz. Ego baptiso te in nomine patris et filij et spūs sancti amen. In quibus verbis quos notantur. Primo persona baptisans ego. Secundo actus exercitatus baptiso. Tertio persona baptisata. te. Quarto inuocatio trinitatis. in nomine patris etc. Quinto deprecatoria oratio amen. id est ita fiat. de quibus quos p̄mū et vltimū scz ego et amen nō sunt sumpti de necessitate forme nec de essentia. sed de decentia. Unde non ponant in euangelio. Marci vlti. vbi est institutio baptisimi. Etia licet de essentia forme baptisimi sit qz ipsa exprimat actus exercitatus et personam baptisatam qz exprimuntur in euangelio vbi dicitur. baptisantes eos. tamen nō est de essentia qz ista duo exprimantur sub verbo p̄mine persone et p̄nomine secunde. dicens do. baptiso te. quia nec sic in euangelio exprimuntur nec greci sic exprimunt. sz dicunt. Baptisate seruum xp̄i in etc. et tamen baptisari ab eis non rebaptisantur. Verū tamen a tempore constitutionis Alexandri que habet extra d̄ baptisimo et ei⁹ effectus. ca. Si quis. illa forma superius posita saltem quo ad quatuor p̄ma puncta a ministro ecclesie romane est seruanda aliter grauitur peccat. Et dico saltem quo ad quatuor p̄ma puncta. quia ista dictio amen in dicta cōstitutione non ponitur. ideo solū est de honestate. Dico etiā a ministro ecclesie romane etc. quia forte greci tenēdo formā suam nō peccant. Et hoc si ecclesia romana permittat et nō expresse eis prohibeat. in ea. sicut diceret de vnica vel trina immersione fm vsus et consuetudinem diuersarum ecclesiarum. Et dixi. forte non peccant. quia nescio si de hoc sit phibitio etc. Ad hoc autem qz predicta verba sint debita forma baptisimi non oportet qz illamet proferant sine quacūqz mutatione vocis. quia verba alia qz latina possunt esse forma baptisimi. Et similiter nō quilibet mutatio illorū verborū in latino viciat formas sed sufficit etia requirit ad debitam formā qz in ipsa maneat significatio completa dictorū verborū ita qz non fiat mutatio circa significationē vel modū significandi. Ideo si diceretur. baptiso te in nomine genitoris et geniti et spūs almi nō esset baptisimus. quia licet ista nota supponant pro personis tamē p̄ncipaliter significat notiones. nec debet baptisari in noie trinitatis et vel patris vel christi. Et licet aliqua modo liceret in noie xp̄i baptisare scz ex speciali dispensatione vt nomē xp̄i amplius promulgaret. sicut Act. 2. 9. et 10. Patet tamē qz istud amplius non licet. Si tñ de facto istud fiat dubitat Scotus vtrū sit baptisimus et non est ausus dicere qz sit baptisimus nec etiā qz nō sit baptisimus. quia dicit ipse. Non lego vbi fuerit illa dispensatio reuocata. Ideo reputat dubiū vtrū sit baptisimus vel sit. Et dat remediū qz sic baptisatus in noie xp̄i sub cōditione rebaptisetur in forma cōmuni. Sz videt mibi qz hic non est reputandū dubiū. quia licet non legatur quando et vbi illa dispensatio fuerit reuocata tamen censetur fuisse reuocata quādo cōdispensationis cessauit. scilicet quando nomen christi fuit sufficienter promulgatum. Unde ab illo tunc nec illa forma licuit nec valuit. Et licet dubiū sit quādo illud primo fuerit. tamen ita non est dubium quin ita sit. **E** Forma igitur supra dicta tenenda est que tunc valet quando non sit circa eam mutatio que impediat eius significationem. vel modum significandi. Unde circa illam formā vocalem potest fieri mutatio tripliciter. Primo fm substantiam orationis prolata scilicet cōmutando vel cōrumpendo. Secundo fm quantitatem

Questio secunda

scz addendove vel diminuēdo. Tertio fm ordinem verborum. scz interponendo. vel transponēdo. Et sic licet tribus modis generaliter. tamē sex modis specialiter potest fieri predictorū verborū mutatio. Et fm hoc ponat sex regulas. Prima est qz si circa substantiā dicte orationis vocalis fiat mutatio per totalem mutationem vocis manente penitus eadem significatione hoc nihil nocet. qz in omni lingua baptisari potest. Sed si mutetur significatio talis obest sacramento. vt si dicatur abno istuz in virtute genitoris vel trinitatis vel xp̄i. Secunda regula est qz si circa substantiam dicte orationis vocalis fiat mutatio per partialē corruptionem alicuius dictionis sic qz non maneat eadem significatio. nec fm primariam institutionem illius. nec fm transumptiones communis vsus tūc talis corruptio nocet. Sed si maneat eadem significatio non fm primariam impositionem tamen fm accommodationem vsus martine apud simplices. tūc talis corruptio nō obest. Et si dicatur baptiso te in nomine patris et filij et spiritus sancti. de cōsecratione distinctione q̄ta retulerunt etc. Tertia regula est qz si circa quantitatem dicte orationis fiat mutatio alicuius per additionem cum intentione mutandi formam ecclesie tunc nihil sit vel etiam cū intentione introducendū errozes sicut fecit arrius. vt dicendo in noie patris maioris et filij minoris etc. Si autem fiat ex simplicitate vel deuotione non impedit. Et in nomine patris etc. et beate marie vel beati nicolai. melius est tamen a tali deuotione abstinere. Quarta regula est qz si circa quantitatem dicte orationis fiat mutatio per diminutionem alicuius et fiat voluntarie tunc impedit. Si autem inuoluntarie vt quia baptisatus moritur vel impeditur ante prolationem completam tūc pie creditur qz summus sacerdos supplet defectum. et si sic baptisatus moritur saluabitur et gaudebit ecclesiastica sepultura. si vero viuat debet sub cōditione rebaptisari.

Quarta sententiarum

Quinta regula est qd si circa ordinem dicte orationis fiat mutatio per transpositionem dictionum, et hoc fiat ex simpliciter tunc non nocet. Si autem ex malicia ut quia sic factus non intendit servare ordinem ecclesie tunc impedit. Sexta regula est qd si circa ordinem dicte orationis fiat mutatio per interpolationem et illa sit magna ita qd sine usus intentio et actus prolationis non debet iudicari unus tunc non est baptismus, sed si sit parva interpositio per silentium vel tunc sim tunc non nocet: etiam interpositio nominis christi tunc imponit parvum nec obest nec predest sacramento. Et hoc de forma. **Tertio** principaliter ex supra dicta definitione patet quis sit minister convenientis huius sacramenti per hoc qd ibi dicitur ab alio supple hodie viatore viro scilicet vel muliere simul proferente verba et abluciente cum intentione etc. Ex quo patet qd ex parte ministrum quatuor conditiones requiruntur. Prima est qd sit alius ab eo qui baptizatur, quia idem homo non potest seipsum baptizare. Extra de baptis. et eius effectus. Debitum ubi dicitur exemplo auctoritatem congruentiam. Secunda conditio est qd minister sit homo viator vir scilicet vel mulier. Unde generaliter congruus est qd minister baptismi sit suppositus humanum in statu vite, quia christus existens homo viator instituit baptismum. Secundo quia apostolis existentibus viatoribus dedit ministerium baptizandi. Tertio quia per baptismum efficitur quis membrum ecclesie militantis: ideo debet dari ab eo qui est de ecclesia militante. Et ideo de communi lege ad hoc qd aliquis sit debet minister baptismi et qd ab eo reputetur dari baptismus requiritur et sufficit suppositum humanum in statu vite. Ex quo sequuntur aliqua correlaria. Primo sequitur qd de communi lege spiritus angelicus vel humanus vel etiam purus homo beatus vel damnatus non potest baptizare. Unde baptizatus a spiritu vel homine damnato simpliciter non debet reputari baptizatus nisi si per speciale revelationem constaret qd hoc fecisset ex precepto dei, sed baptizatus

a spiritu vel homine beato si constaret qd esset beatus simpliciter vel reputari baptizatus, quia ille nullum officium viatorum par sed omnia que operatur facit cum divina approbatione. Secundo sequitur qd de communi lege mulier potest baptizare, de consecra. dist. 4. Mulier tamen mulier non potest baptizare presente viro nec vir laycus presente clerico, nec vir clericus vel in aliis ordinibus constitutus presente presbytero. Sacerdos autem hoc potest presente episcopo: quia hoc est officium suum quod nullus alius potest facere nisi in casu necessitatis vel nisi si ubi se redderet indignum ut si non vellet in casu necessitatis baptizare nisi daret sibi pecunia, nihil enim tibi vel vari ex pacto. i. q. 2. pro. Sed idem est factum deum acti nullus sacerdos presens est. i. q. 1. baptizandis. Tertio sequitur qd de communi lege quantumcumque malus hereticus vel infidelis potest baptizare, dum tamen habeat intentionem faciendum quod ecclesia intendit facere, etiam si nihil credat de veritate sacramenti tamen a malo nuntio. scilicet heretico excommunicato vel fornicario notorio non debet recipi sacramenta nisi in necessitate. Tertia conditio ex parte ministrum requisita est qd ipse si mulier abluciat et proferat verba. Unde tota forma verborum de toto proferri ab uno et etiam qd proferat verba debet simul ablucere et proferre, quia sacramenta ecclesie sunt sacramenta unitatis et dividi non debent de consecra. dist. 2. Quia passus. Ex quo patet solutio vnius casus qui communiter ponitur, scilicet qd si in alicuius debita verba proferat et mutus abluciat purus non est baptizatus. Nam tunc proferat verba diceret falsus. Etiam sacramenta ecclesie quo ad illa que sunt necessitatis non recipiunt divisionem sed bene quo ad ea que sunt solemnitas etc. Quarto conditio ex parte ministrum requisita est debita intentio, scilicet faciendum quod ecclesia intendit. Et sine scotum non requiritur intentio actualis nec sufficit habitualis sed virtualis, hoc est baptizans quicquid habuerit intentionem actualem ex qua descendat actus baptismi. **Quarto** ex supradicta definitione patet quis sit persona suscipiens

Questio prima

baptizatus quia homo viator scilicet vir vel mulier, nec actualiter nec habitualiter dissentiens. Scotus vero dicit aliquid licet consentiens vel nunquam usus libero arbitrio, quia sine eum in habente usus liberi arbitrii requiritur consensus, imo dicit qd forte non sufficit consensus habitualis sine actuali. Quicquid tamen sit de hoc certum est qd requiritur in baptizato qd non sit dissensus. Unde circa hoc possunt poni aliquae propositiones. Prima est qd si baptizandus sit parvulus non requiritur consensus nec ipsius nec parentum. Unde inuitis parentibus possunt parvuli baptizari, non tamen debent baptizari inuitis parentibus alterius secte si cur iudeis vel paganis. Et hoc maxime a persona parvula, quia parentes habent in filios quod non debet eis tolli a persona parvula etc. Scotus tamen dicit qd persona publica sicut penceps si tolleret a iudeis filios parvulos: et eos faceret baptizari et religiose educari bene feceret, dummodo hoc faceret cum bona cautela scilicet ne parentes precognolescentes hoc prius occiderent parvulos, imo quod est plus qd religiosus esset illos parentes cogere minus et terribius ad suscipiendum baptismum et ad servandum postea susceptum. Et hoc ipse declarat et respondet ad oppositas rationes etc. Secunda propositio est qd si baptizandus sit adultus perpetuo furiosus aut insane mentis aut nunquam usus libero arbitrio, de ipso est idem iudicium sicut de parvulo. Tertia est qd si baptizandus sit adultus furiosus stultus aut insane mentis qd tamen non fuit semper talis sed habet lucida intervalla tunc requiritur qd aliquando habuerit intentionem baptizandi, vel saltem qd ante non habuerit contrariam intentionem. Et ideo amentes vel dormientes si ante furiam vel somnum habuerint contrariam voluntatem non recipiunt sacramentum cum in somno vel in furia baptizantur. Si vero ante immoritur eorum voluntas possunt in articulo necessitatis baptizari, etiam si furiosus tunc contradicat. Si autem non sit in articulo necessitatis debet in furioso expectari lucidum intervallum.

Quarta propositio est qd si baptizandus sit adultus sane mentis et de facto utens libero arbitrio requiritur qd non sit in eo dissensus nec actualis nec habitualis. Et hoc est certum, imo sine scotum requiritur consensus aliquis. Et sicut dicit Holkot. In tali requiritur intentio et fides et voluntas sacramentum recipiendi absoluta vel conditionata. Unde si quis omnino cogere ita qd simpliciter esset coactio nihil fieret. Si tamen sit voluntarium mixtum, sicut si per metum inducatur tunc recipit sacramentum sed non res sacramenti. Ex his patet quid videndum de eo qui sicte accedit ad baptismum.

Unde de hoc sit hec quinta propositio qd sicte accedens ad baptismum sic qd ostendit se velle recipere baptismum eo modo quo ecclesia intendit eum proferre et tamen oppositum habet in animo nec sacramentum recipit nec rem sacramenti.

Sexta propositio sit hec qd sicte accedens ad baptismum sic qd ostendit se dispositum ad recipiendum illud sacramentum et tamen est indispositus, ut vel per infidelitatem vel per aliquod mortale peccatum de quo non penitet, non recipit rem sacramenti sed gratiam quia ponit obicem, modo sicut dicit Augustinus qui creavit te sine te non iustificabit te sine te. Si autem talis habeat infidelitatem respectu articuli de baptismo ut quod credit baptismum non prodesse tunc nec sacramentum recipit nec rem sacramenti et recedente fictione est rebaptizandus. Si autem habeat veram fidem respectu articuli de baptismo, et habeat infidelitatem respectu alterius articuli impertinentis ad illum vel etiam habeat quodcumque aliud peccatum tunc recipit sacramentum, et recedente fictione scilicet per penitentiam recipit rem sacramenti et non est rebaptizandus. Et de hac ultima fictione loquitur sanctus. Unde dicit Augustinus in libro de baptismo parvulorum, tunc valere incipit baptismus ad salutem cum illa fictio veraci confessione recesserit que in corde malicia perseverante peccatorum abluitionem non sinebat fieri. Sic ergo ex definitione bap-

tismi supraposita patet quid sit materia et quid forma baptismi: et etiam quid sit persona conferens et quid persona suscipiens baptismum. Sed adhuc iuxta hanc materiam solent poni a doctoribus multi casus dubii, quorum plures ex iam dictis sunt soluti. Ponantur tamen aliquos et qui magis videtur difficiles ad soluendum. Primum casus sit iste. Pone quod aliquis habens puerum pagani vel iudei in custodia videns ipsum periclitari morte baptisaret illum sub tali conditione. Ego te baptizo etc. si pater tuus cras consentiat. nunquid talis est baptismus? An modo potest dici quod si puer ante conditionem impletam transeat non erit baptismus, quia tunc non erit capax baptismi eo quod non erit de foro ecclesie militantis, nec est contra hoc illud capitulum. A nobis extra de sen. excōi. Abi habet quod mortui sententia excoicationis ligantur et solvantur, et sic videtur esse de foro ecclesie militantis. Nam hoc solum tenet in iurisdictionibus in sacramentalibus. Illud est etiam propter facta precedentia quibus hoc meruerunt alias non. Et ad hoc est Augustinus de cura pro mortuis agenda. Sed non sic in ipso, quia iste puulus nihil omnino meruit. Alio modo tamen potest dici quod nullum sacramentum recipit conditione nisi de presenti vel de preterito propter certitudinem sacramenti. Quod autem matrimonium ad mittit contractum de futuro non est, quia sacramentalis: sed quia contractus siue pactum. Et adhuc talis contractus non est matrimonium nec sacramentum sed sponsalia, ideo nec in casu nostro est baptismus. Dicit tamen Adas quod in casu ubi hoc pie ageretur, ut verbi gratia. Si seruus christianus alicuius pagani non audens absolute hoc facere in patria aliorum seruorum agat ut dictum est, credibile est quod fides sui cum tali ope puulo subuenit. Ego autem dico simpliciter et absolute quod in casu isto non est baptismus nec aliquid quod puulo valeat ad salutem, quia conditio adfecta sicut dicitur: Holkot repugnat significationi forme sacramentalis. Nam cum dicitur Ego te baptizo denotatur quod ita sit in hoc tempore presenti ita quod baptisaret eum et constitueret sacramentum. Cum autem adiungitur predicta

conditio illa interimitt significationem actus excoicationis significati prius quod dicitur si pater tuus etc. id est mutatio forme quod tamen ad significationem que est sacramentum impedit ut supra dictum est, quare non fit quod requiritur ad salutem. Secundus casus. Pone quod duo sunt sacerdotes quod eundem puerum sub hac forma baptisarent. Ego te baptizo si nullus alius te baptisaret, vel etiam pone quod uterque sine aliqua conditione dicit, ego te baptizo nunquid puer est baptisatus. Ad primum casum potest dici quod illa conditio est corruptiua significationis forme in tali casu, ut nunc et id est tria effectus baptismi et non tres sacramenta. Quis conditio sit impleta, sicut est de matrimonio extra de pōi. appo. ca. vlti. Si dicat ego strabo tecum si ipse velis esse adultera etc. Adas tamen dicit quod si uterque pie ageret non intendens agere contra communem formam ecclesie, nec aliquid scilicet de consocio sed scrupulose hoc faciens ut caueret ab irregularitate etc. et intendens omnino puerum baptisare tunc puer est baptisatus. Si autem uterque cauillatorie ageret, quasi diceret, valeat istud factum quantum solum verba dant, tunc puer non esset baptisatus, et hoc est probabile. Ad secundum propter casum potest dici quod si uterque baptisans intendat principaliter baptisare et eque primo baptisaret ab utroque puer est ministerialiter baptisatus, et dicitur semel solus baptisatus quia non imputatur nisi vnus character, nec maior gratia datur quod si vnus solus baptisaret. Nec puer vel baptisans est irregularis, quia non est iteratio sacramenti in intellectu illius canonis, de psecratione distin. 4. quibus. Nam illud sacri canonis statutum fuit in penas et detestationem violentum iterare baptismum. Ipsi autem hoc non intendunt nec reuera est ibi iteratio sicut in casu quo plures assistentes episcopo verba simul proferunt psecrationis hostie, non est iteratio. Tertius casus. Pone quod sacerdos de pluribus sibi oblatis vnus solum baptisare intendit, nec aduertit quod duo sibi offerunt nec plus habet in intentione super vnus quam super alteri unum, sed cogitet in generali volo puerum nunc mihi oblatum baptisare etc. Nunquid uterque est

baptisatus vel non potest dici probabiliter quod nullus baptisat, quia intentio in casu isto repugnat effectui. Nam quod ratione vnus baptisaret pari ratione utrumque. Et tamen non utrumque quia intentio straria in casu. Et similiter potest dici de monstro biforini quod si baptisans singulariter et precise intendat vnus solum baptisare et super neutrum plus intendat quam super reliquum et sint ibi due anime neutra est baptisata. Adas tamen dicit quod si sacerdos non haberet intentionem expresse strariam et faceret in forma ecclesie quod uterque baptisatur eo quod singulari potest se extendere ad plures. Tamen tamen ut dicit Holkot vnus baptisare et postea alium sub conditione dicendo, si non fueris etc. Unde generaliter in hoc casu et alijs dubiis sunt tres regulæ quas ponit Scotus ubi agit de forma baptismi. Prima est si possibilitas adesse via tutissima est tenenda. Secunda si non adesse possibilitas via tutissima prima. Tertia cessante impossibilitate, caute supplendum est quod impossibilitas prohibeat. Quartus casus, pone quod sacerdos intendat baptisare masculum et offerat sibi feminam: nunquid erit baptisatus, potest dici quod sic: quia non requiritur noticia distincta persone in baptismo: sed sufficit quod talis intendat baptisare. Et hoc est verum ubi tamen iste volendo baptisare masculum non habeat expressam intentionem non baptisandi feminam, alias non. Quintus casus, pone quod aliquis faciat se sub conditione baptisari dicendo si non fueris baptisatus etc. et tamen sciat se baptisatum nunquid talis peccat et fit irregularis, potest dici quod talis nisi per factum aliqd aut per voluntatem utat scilicet baptismum tantum valido non est irregularis, nec scilicet baptismus vere vel interpretatiue, quod hoc non est expresse cautum in iure. Si tamen sciveret esset interpretatiue secundo baptisatus: et esset irregularis. Talis tamen quocumque modo sit peccat se, eo quod non debet verifozie aut frustratorie hoc facere: et quod validum et saluum reddit dubium, et sic talis conditionis appositio non est necessaria nisi ubi est dubitatio et ubi nescitur de baptismo precedere quod talis non seruat: ideo peccat, nisi forte ubi hoc faceret ex ignorantia et simplici-

tate. Sextus casus, pone quod aliquis non baptisatus credens tamen se baptisatus ordinem in sacerdotem nunquid talis si sic decedat daturatur. Item nunquid fuit sacerdos, Item nunquid psecrauit et absoluit. Ad primum potest dici quod non, si uersus et probabiliter credidit se baptisatum: quod hoc excusat eum et sufficit ad salutem. Alter quilibet haberet se absoluit utrum esset baptisatus etc. Ad secundum dico quod non: quia baptismus est inania sacramentorum etc. Ad tertium dico quod sic: quod bona fide credidit se esse sacerdotem deo cōcedunt aliqui quod talis licet non fuerit sacerdos, tamen potuit corpus christi psecrare et ab soluere a peccatis. Sed melius dicitur quod ista pro eum tantum per sacerdotem gesta fuerunt, sed tamen ea non fecit: sed quod ipse facere credidit summus sacerdos pro suam gratiam suppleuit. Non pono hic plures casus: quia ex precedentibus plures possunt solui. Et hec de primo articulo. Sequitur articulus secundus. In quantum ad secundum articulum in quouidentum est de principali questione. Primum ponam propositiones procedendas de virtute sermonis. Secundo conclusionem responsum ad intentionem querentis. Tertio inseram aliquam correlariam ex dictis. Prima propositio sit ista loquendo de necessitate absoluta nullus baptismus christi est ad salutem necessarius viatori. Secunda loquendo de necessitate de lege communi ordinata nullus baptismus christi est ad salutem necessarius viatori. Et istas duas probat prima ratio ante oppositum questionis. Ex quibus propter questionem est falsa de virtute sermonis. Tertia propositio loquendo de necessitate de lege communi ordinata culibet viatori est ad salutem necessarius us baptismus christi. Unde pro intellectu istorum sciendum est quod triplex est baptismus, scilicet baptismus flammis, baptismus sanguinis, et baptismus sanguinis, modo de lege ordinata quilibet istorum sufficit ad salutem: et per omnes nullus istorum requiritur, tamen aliquis istorum. Ideo concedendum est quod nullus baptismus de lege ordinata est ad salutem necessarius viatori, tamen culibet viatori aliquis

baptismus est necessarius ad salutem de lege ordinata. Similiter refert dicere baptisimus est necessarius viatorum et dicere viatorum est necessarius baptisimus. si cur refert dicere oculus est necessarius ad videndum. et dicere ad videndum necessarius est oculus: quia prima est falsa et secunda est vera. Et differentia per logicam patet. Sed quia sancti et doctores loquentes de baptismo cõter intelligunt de baptismo fluminis. ideo specialiter videndum est quod ad salutem necessarius sit homini baptisimus de quo ponitur conclusio responsalis ad intentionem querentis quod cuilibet viatori baptisimus est necessarius ad salutem de lege ordinata et cõmuni. Ad istum sensum quod quilibet qui non implevit preceptum baptismi fluminis de lege ordinata et cõmuni sub pena perditionis salutis tenetur ad ipsum. I. affectu suscipiendi per locum et tempus et effectum si viator manet quousque possit cõmode recipere. Et hoc probat Scotus in quarto. ubi querit utrum iam iustificati teneant ad susceptionem baptismi. Et facit ad hoc duas rationes quod ut credo non cõcludunt: quia nimis difficile esset hoc probare ratione: sed bene tamen potest probari auctoritate scripture sicut facit dominus Armacanus libro. 8. de questibus armeniorum. c. 35. **¶** Ex predictis sequuntur aliqua correlaria. Primum est quod iam iustificati si non fuerint baptisati baptismo fluminis tenentur baptisari. Et hoc est verum ad sensum supradictum. Secundum est quod non baptisatus et martirisatus si postea miraculose resurgat tenetur baptisari. Et talis baptisimus iustificatorum non est frustra: quia per eum servatur obedientia divini precepti. Tercium est quod beata virgo et apostoli christi fuerunt baptisati: hoc non legitur expresse: quia ad hoc tenebantur nisi cum eis fuerit dispensatus. Nam erat in tempore quo baptismus fluminis erat promulgatus per modum precepti: et non apparet quare christus cum eis dispensaverit. imo nec illud fuisse cõveniens: quia exemplo christi ipsi debuerunt facere quod docerant. Sed contra cõclusionem arguitur primo: quia sola fides sufficit ad salutem. Unde apostolus Rom. 3. Arbitramur tu

habet effectum productum pro termino adequato sue potentie sed causa equo- ca est perfectior quam causa uniuoca igitur est perfectior suo effectu sed accidens non est eque perfectum cum substantia nec perfectius ea igitur non potest. Ad secundam dicitur etiam secundum illam opinionem quod non ita quod si esset maximus calor separatus non posset rumpere eam. Et ratio est quia non potest producere substantiam ut probatum est. quare. Sed rationes huius responsionis non valent: quod licet generaliter verum sit quod causa totalis siue principalis sit perfectior suo effectu sed non semper oportet de causa partiali ideo calor separatus tanquam causa partialis posset agere deo concurrens et generationem corruptionem substantie. ideo causa equiuoca partialis quousque est perfectior: et quousque imperfectior suo effectu et causa uniuoca sicut patet de albedine et eius visione et intellectione. Et si dicatur quod causa illimitata est perfectior. non est uniuersaliter verum sed bene de prima causa. Tamen dico quod licet non possit naturaliter demonstrari. tamen potest rationabiliter persuaderi quod accidentia etiam separata sunt ut causa partialis generare vel corrumpere substantiam. Primum patet. quod substantie non mouent nos ad cognoscendum nec agunt aliquid de facto sine accidentibus. Tamen si esset hic aliquis ignis sine accidentibus et possemus ipsum intuitiue videre tunc possemus experiri vtrum substantia possit generare substantiam sine accidentibus concurrentibus sed quod hoc naturaliter non possumus. ideo de hoc non potest homo certificari per statum istum sed remanet conclusio neutra. Secundum patet quod exprimitur quod in presentia istorum accidentium sequitur multi effectus et corrumpunt in presentia ipsorum. et hoc non videtur posse esse nisi quia accidentia illa aliqua actiuitatem habent respectu istorum effectuum. Aliud enim periret omnis via ad probandum aliquid esse causam actiuam alicuius. Tercium. Ad tertiam patet quod sic quod videtur ad sensum quod rarefunt et condensant sed tenendo opinionem quod quantitas non sit res alia a re quantum potest dici quod ibi est rarefactio et condensatio

Questio sexta

factio sine quantitate de nouo acquisita. Ita quod rarefieri et condensari nihil aliud est nisi tales species occupare locum maiorem vel minorem propter maiorem vel minorem distantiam partium. sic quod tres partes rari coexistunt tribus partibus loci. postea per motum localem condensate coexistunt vni parti loci. Et contra de rarefactione sine acquisitione vel deperditione alicuius absoluti. Et sic potest faciliter saluari quod quilibet pars rari est rarior et densi densior per coexistentiam in maiori vel minori loco. Si vero dicatur contra quod tunc vni pugilli ignis non esset rarior quam vni pugilli terre. quia non extensior. dicitur quod non sequitur. quod pugillus terre potest magis extendi manente terra quam ignis. Sed hoc non valet quia ponamus quod vterque pugillus sit in supremo gradu raritatis preter naturam sue quod tunc vnus erit rarior alio cum non sit extensior. Ideo aliter dico quod forma substantialis in proposito non potest denominari a raritate vel densitate quia tot sunt partes forme in vno pugillo sicut in alio. Sed illud quod immediate denominatur a raritate est materia. quod quando aliquid comparatur ita quod vni dicatur rarior aliud densius oportet quod illud sit aliquid eiusdem rationis quod existens sub vna forma sit densius quam sub alia sicut est in priori casu. Unde vnus pugillus ignis dicitur rarior et pugillus terre densior. quod in terra est aliquid quod existens sub forma terre occupat maiorem locum quam si illud idem numero existeret sub forma ignis. Itaque ex vno pugillo terre potest generari mille ignes quod non esset nisi quod materia eius sub forma ignis habet maiorem extensionem quam eadem sub forma terre. Quia nihil idem numero potest existere successiue sub vtraque forma nisi materia ignis. Et sic ignis est rarior terra. Si autem dicatur quod secundum hanc viam non esset differentia inter rarefactionem et augmentationem. Dico quod sic quod in augmentatione proprie dicitur aliquid acquiruntur de nouo adueniens quod est presentius quod augetur. non autem in rarefactione sed solum locus siue motus localis. Unde rarefactio est quod dicitur ipse motus localis. Et proportionabiliter dicendum est de con-

densatione. Ad quartum primo dicitur est vix illa accidentia possunt corrumpi ab agente creato. Secundo vtrum ex illis possit substantia generari etiam a deo. De primo dicitur multa quod non quia nullum agens creatum potest creare. et per se nec annihilare. scilicet destructio illorum accidentium esset annihilatio igitur. Sed. g. Deum quod creatura potest annihilare licet non creare. Unde videtur sibi mirabile quod vnus magnus ignis non posset destruere vnum paruum frigus separatim si esset sibi approximatus. Et si dicatur quod creatura in omni actione sua erigit materiam. Respondet quod vix est in omni actione productiua. Et dicit vltra quod in hoc casu illud quod producit a solo deo producit. ita quod deus supplet ibi vicem agentis creati tanquam causa totalis in producendo licet non in corrumpendo. Sed tamen mihi videtur sicut supra persuasi. questio. i. art. 2. quod potest concedi quod creatura in casu isto sicut potest annihilare. ita et creare propter rationes ibi factas de experientia. De secundo vero videtur probabile quod de illis speciebus proprie loquendo non potest aliquid generari nec virtute creata nec increata. Quia illud dicitur generari quod sit ab agente necessario erigite passus. Si ergo ex illis speciebus posset aliquid generari loquendo de generatione substantiali vel ergo esset substantia que est materia vel forma vel productus. Non materia quia illa a solo deo creatur. Nec forma. quia ipsa non generatur nisi in materia. Nec compositum quia ibi non est materia. et ideo ex illis nihil potest. Ad quintam de mutatione ad quantitatem quantum ad hanc rationem. et remissionem. generationem. et corruptionem patet quod sic. Sed circa hoc secundum varias opiniones diuersimode dicitur est. Unde secundum viam que tenet quod quantitas sit res distincta a substantia et qualitate et manet ibi tanquam subiectum aliorum accidentium dicitur est quod talia accidentia possunt naturaliter modo dicto variari generari et corrumpi quod sunt in subiecto. Sed secundum aliam viam de quantitate. dicendum est oportet positum ut dicitur. scilicet quod non potest naturaliter generari vel intendi nisi de virtu-

te diuina quia nihil est ibi receptiuum actionis acquisitive creature. in illa accidētia pūt fm euz corrupti et remitti p agens naturale ꝛc. Sz vt prius dixi vt datur qd vtrūq; possit dici sicut prius d substantia ꝛc. **P** Ad sextā pōt dici probabiliter qd duplex est nutritio. Una pte dicta que est p uersionē alī menti in rez aliendā ita qd ex illa fiat restauratio rei deperditē. Et si sic querat vtrū species sacramētales nutriant dīcendū est qd nō sicut patz satis ex solutione secūdi puncti quare dubitatio sed in fine de pōnt ibi substantiā aliā ꝛc. Alio mō vocatur nutritio qdchq; reductio mēbrorū animalis ad statū pūo rem fm qualitates. Et sic pōt hō nutri ri ex hostijs cōsecrat; quia talis hostia habet actionē naturalez in membra hominis qlem haberet nō cōsecrata. ideo simili modo potest reducere pplexionē lapsam ad statum naturalez saltem fm qualitates qualiter quecumq; alia non psecrata lz nō possit cōverti in materia mēbrū animalis. quare ꝛc. et sic p3 solutio ad tertium articulum. Et ex hīs ad tertium argumentum ꝛc. Et hec de questione et per psequēs de toto quarto sententiarum.

¶ *finis.*

Recomendatio theologie

Recomendatio sacre scripture ab eodem viro et magistro Petro in magisterio theologie.

Super banc petram edificabo ecclesiam meam. Scriptū est Math. 16. Magnus ecclesie doctor Augustin⁹ in libro de ciuita. dei duas

describit ciuitates. duas signates ecclesias inter se diuersas pter et aduersas. Una est ciuitas Hierusalem. Alia est ciuitas Babilō. Una ciuitas ē ecclesia dei. Alia ciuitas est ecclesia dyaboli. Una ecclesia bonorū de qua dicit ps. Laus eius in ecclesia sanctorū. ps. 149. Alia ecclesia malorū de qua idē ps. Adiu inq; ecclesiam malignantiū. psal. 25. Una est igitur supra petram edificata quā psalmetista Dauid admirans alloquitur gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei sicut adiuimus ita et vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri deus fundauit eam in eternū. Alia est super arenam fundata. quā idem propheta vidēs abominatur. Et dicit inquit inquitatem et contradictionē in ciuitate. Et iterum. Super muros eius iniquitas. et labor in medio eius et iniusticia. et nō deficiunt de plateis eius vsura et dolus. He sunt igitur ciuitates due. he sunt due ecclesie sibi inuicem aduersarie. et inter se plurimum contrarie quarū vnā regit dyabolus aliam regit christus. Alia dyabolus edificat super instabilem arenam aliam christus edificat super stabilem petram de ea dicens premissam p themate sententiā. Super banc petram edificabo ecclesiam meam. Sed inuestigādū nobis est que sit petra super quam edificanda erat christi ecclesia. et aduersus ecclesiam dyaboli confirmanda. Vbi ex varjo sanctorum dictis magna oritur prolixitas questionis. Nam beatus augustinus quodā loco in libro contra epistolā donati de apostolo Petro dicit qd in illo tanq; in petra fundata sit ecclesia. Quem sensum in quibus

dam versibus Ambrosij canim⁹ vbi de gallo et gallicato ait. Hoc ipsa petra ecclesie canente culpam deluit. Eundem quoq; sensum legitur in quodam sermone d seko cathedre sancti Petri ꝛc.

Aduersus quem sensus Augustinus in pluribus alijs passib⁹ aliter exponit hunc euangelij locum. Nam libro pmo de verbis domini ita inquit. Quia est christus petra. Petrus christian⁹. ideo petrus a petra non petra a petro. sicut non a christiano christus. sed a christo christianus vocatur. Tu es ergo inquit Petrus et super banc petram quā confessus es et cognouisti. dicens tu es christus filius dei vti edificabo ecclesiam meam. Quasi dicit Super me edificabo te. non me super te. Hec ibi. Et hīs si multa alibi super Iohannem. sermone 134. et in omelia quadam de transfiguratione domini. Lcz autē ipsemet Augustinus libro primo retract. capitulo. 21. que harum duarum sententiarū probabilior sit electioni lectoris reliquerit non tamen videtur qd in petra petrus. sed in petra christus sit intelligend⁹ de quo agit apostol⁹. petra autē erat Christus prima Corinthios. 10. Quis enim in petri infirmitate ecclesie firmitatem stabiliat de cui⁹ infirmitate ancilla ostia ria interrogata respōdeat. Ad cui⁹ vocem vt Gregori⁹ ait. vbi mori timuit vltam negauit. Lcz ergo vacillauerit Petrus nec firmus fundat⁹ sit petri vicarius. cumq; iam disere pnt de summo petri sacerdotio pōntifices et litigēt de summo pontificio sacerdotes. quis affirmare presumat quempiā quā talibet sanctitate aut dignitate fulgentem siue sacerdotem siue pontificem siue petrum siue petri vicarium aut quemuis aliuq; preter christum esse christiane ecclesie fundamentum. Lū ecōtra dicit apostolus. qz fundamentum aliud nemo pōt ponere preter id quod positū est quod est xpo iesus. prima Cor. 3. Sed vt ea que premissimus ad pcoridā reducā⁹ ita cōcedamus christi esse ecclesie fundamētū principale vt non negem⁹ sup ipm plura fundamenta edificari posse.

L ij

Recommendatio

Sic est apo. 21. Durus cuitatis illius
p qua intelligit ecclesia. duodecim de ha
bere fundamenta. Christus itaq sup se
ipsum tanq sup solidissimu fundamen
tu ecclesiam sua aduersus ecclesiaz dyabo
li firmiter stabiluit. et sup hac firma pe
tram petru stabiliter firmavit. de eo di
cens pnuissam sniam. Sup hac etc. Sz
salua omni xpi saluatoris snia siue in
petra petrum: siue in petra xpm fm lit
terale sensum intelligere valeamus. tm
fm spsalem intellectu p hanc petra vi
uina scriptura et sacra xpi doctrinam si
gnare possumus. q ta firme soliditatis
et solide firmitatis existit vt no imerito
super ea xpi ecclesia fundata sit. Quid
naq firmius qd solidius q sacra eloqa
q diuina testimonia a xpo in eternu fun
data. Sic est xpm allegor ppba. In
tio inqt cognoui de testimonijs tuis q
in eternu fundasti ea. Quotquot ergo
sunt xpi eloqa quot xpiane doctrine tes
timonia tot vici pnt xpiane ecclesie fun
damenta. Sacra igit scriptura xpi testi
monijs in eternu fundata spsualiter in
telligi pot illa firma petra supra quam
edificata est ecclesia. Sup cui? firmita
tem petre christus Petri infirmitatem
timentem prius ac trementem: postea
solida pseuerantia roborauit: et ecclesi
am suam cotra oem ecclesie dyaboli pse
cutione inuicta stantia solidauit de ea
dicēs. Sup hac petra edificabo ecclesiaz
mea. Que fuerunt verba pmo pposita
vestris reuerētis sepius repetita. Ad
quoz declaratione verboz ommissis diu
sionu ridemus. stilu patri vt possumus
insequētes. ostendamus qliter sup scri
ptura sacra tanq sup firma petra xps
sua edificauit ecclesiam. Sciendū itaq
q in quolibet edificio rōnabiliter ordi
nato. primo pcedit fundatio. scdo pce
dit edificatio. tertio succedit psūmatio
hoc igitur mō ordinatissimus oim ar
tifer xps sup scripture sacre petra eccles
sia sua edificauit. Primo namq funda
mentū lecit sup hanc petra. Scdo in
cremētū adiecit. Edificabo inqt. Ter
tio pplementū fecit. Ecclesiam mea. Pri
mo igit in gram? hui? edificij fundamē

tum Sup hanc petra. Scdo videamus
hui? edificij incrementū. Edificabo inqt
Tertio pspiciamus hui? edificij pple
mentū. Ecclesiam mea. Sic est satis: vt
arbitror declarabimus pmissam p the
mate sniam. Sup hac petra. etc. In pri
mis ergo in gramus ecclesiastici edificij
fundamentū. Sup hac petra. Hec naq
petra sup qua fundat ecclesiaz tam pre
missimus sacra pot intelligi scriptura: si
ue verbi xpi veritas in eternu fundata
de qua xpm alloquēdo dicebat. ppba.
In eternu dñe verbū tuū pmanet in ce
lo. In gnatione et gnatione veritas tua.
Cōspicite igit orthodoye ecclesie funda
mentū videte mirabile misteriu. Nulla
est domus est q non habeat sua funda
menta deorsus sursumq tendit partes
tes. desup tecta ponunt. sola aut ecclesia
sua fundamentū sursum habet. et vñ ipsa
deorsus in terra manet veritas illa sup
qua fundata est sursum in celo in eter
num pmanet. Sic tñ veritas in celo p
mansit q etia deorsum ad terrā descen
dit. iuxta sapientis dictū de celo a rego
libus sedibus venit. imo vt ppba. dicit
Veritas de terra orta est qm. iusticia
de celo pspexit. Habet igitur ecclesia ve
ritatis fundamentū et in celo sursum et
in terra deorsum. Sed vbi deorsū. Sa
ne nō in foridibus terrenis sed in subli
mibus locis. qz teste ppba. Fundamen
ta eius in mōtib? sanctis. Non est cre
dendum est supuaciuū esse in verbis ist
q dicit in montibus sanctis. Ad hēbea
mus ergo mentē vt hui? dicti valeam?
accipe rōem. et qd mōtes isti sibi velint
audiamus. Mons itaq iusticie magni
tudine et veritatis altitudine signat. In
quo mōte xps habitat ibiq ecclesie sue
fundamentū stabilens ipsam sacre scri
pture veritate collocat. Ascendam? igit
tur in montē vt inueniamus ipsum fun
damentū ecclesie. ipsam scilz sacre scri
pture veritatez. Sed quis ascendat in
montē dñi: aut quis stabit in mōte san
cto eius. Ecce iuxta respōsum pphē
Innocētijs manibus et mundo corde. Si
cendant ergo innocentes et mandū. q si
forte non oēs sumus demōi vt montem

facre scripture

ascendere valeamus omnes tamē leue
mus oculos in montē. et a pede vsq in
montis verticez qtu possum? videam?
Videamus itaq pūmū? in pede mon
tis huius videam? ibi numerosam gen
tium pphoz multitudinē tanta verita
tis alacritate pollentē vt etiā ascende
re nitatur in mōtē. Videam? ibi Zeno
cratis seueritatē. Dyogenis patientiaz
Cratonis pietatē. Socratis cōtinentiā
Qui tantaz cordis et corporis narratur
habuisse sublimitū ac beatorū spiritū
cōfortiū et familiaritatem adeptus sit.
Hinc plato eiusdē socratis discipul? .o.
quia ob egregiā vitā et castimoniaz ab
infantia neminē habuit comitē. Si qui
dem pura puris. sincera sinceris misce
ri atq contiguan fas est. hinc Apulei?
platonice scole pbs de deo socratē libz
scriptū. videamus demiq in hui? mon
tis pede qliter huiusmodi phi caterua
tim sese comitatur. vt ascendant facil?
et vt currāt velocus. Alter alterius se
quetur vestigia Plato socratē insequi
tur. Aristoteles platonē. Lucilius sene
cam Seneca vero paulū sequi cupiens
post eū clamatur dicēs. Mī paulē cha
rissime optarey ei? esse loci apud meos
qualis tu es apud xpianos. Verba sūt
seneca ad paulū epla. 12. Currunt ergo
velociter currunt pariter et tñ quia nec
sacre scripture nec veritatis catholicē
viam tenent in montē ascendere nō va
lent. Nam vt quodā in loco de ipsis as
serit Augustin?. bene currūt sed tamē
in via nō currūt. id qto plus currūt tā
to plus errāt. His itaq dimissis in hūc
modū currētibus atq errātib? oculos
mentis in montē erigamus sublimius
et videamus ibi antiquos patres vete
ris testamenti patriarchas scz et pphē
tas currētis. siquidē et lz nōm via pla
na tamē sub umbra tenebrosa ascendē
tes in montem. Ibi ille patriarcharum
maximus Jacob qui scala m celotenus
erectam. ascendentesq ac descendētes
angelos et inmixtum scale dominum vi
dit. ibi ille familiarissim? deo. Moyses
qui legem colloquiūq dei obtinere me
ruit. Ibi Helias clarioribus potentis

emicuit. et tandē ad celum flamante ve
hiculo rapt? fuit. Ibi demiq pphete sin
guli et tam presagis visionib? illustran
tur vt pcul absentia tanq propinqua.
et futura tanq pscntia pfluant. quos
oīs singulatim numerare ipsa multitu
do nō sunt ipsa quoqz tps breuitas nō
permittit. His igit omissis in montis
vertice vertamus oculos et videam? ibi
emuncionis vite viros. Ibi namq ille
inter natos mulierum maximus Ioha
nes scūs ab vtero. quē e summo celi fa
stigio venturus ad terrā xps vt lucifer
sol pmissit. ad antra deserti sub etate te
nera fugit. Ibi ipemet saluator: sōs om
nū salutarū exemplor in mōtē oratu
rus ascendit. temptantē aduersariū vi
cit. turbas instruit. beatitudines vistin
guit. et in montis excelso transfiguratur
vbi sup euz eternū patri voc audir. ibi
Petrus Jacobus et Iohānes hāc trans
figurationē vidēt et panēt vocē audiūt
et mirant. Et vt innumera sanctorū tur
ba breui sermone perstringat. ibi euan
gelisunt apostoli. annūciāt discipuli.
trūphant martyres. exultāt cōfessores
doctores pdicant. sacerdotes orāt. psal
lunt claustrales canūt virgines. ac vni
uersi sanctorum dñoz illud psalmū gra
phi personāt. Exaltate dominū deū no
strum et adorate in monte sancto eius.
ps. 98. Hic est ergo mons insignis. mōs
celebus mons salutus. mons dei. mons
pinguis. in quo beneplacitum est domi
no habitare in eo. In cui? montis verti
ce xps suū habitaculū pdispōns ibi ec
clesie sue fundamentū posuit et in altis
simo verticis cacumine sacre scripture
veritatē fundauit ipamet teste que ait
Ego in altissimis habitam Eccl. 24. Et
hec qtu ad pūmū articulu in quo inq
rere volebam? ecclesiastici edificij fun
damentū. Sed vltimus videamus ce
clesiastici edificij incrementū. Edifica
bo inquit. Christus namq dei virtus et
dei sapientia ecclesie sue domū quā eterna
mēte cōcepit sup sacre scripture funda
mentū tepali edificandē ppleuit. Imple
uitq illum qd dictum erat per sapientē
Sapientia edificauit sibi domus. ex. c. d. i.
L. iij

Recomendatio

colinas septē. Prover. 9. Habet sicut dem domus ista catholica. scilicet ecclesia non solū septē colinas sed et singulas partes suas sup̄ sacre scripture veritatem fundatas habet lapides. habet cementum habet parietes. habet murū. habet fenestras. habet hostiū. postremo habet colinas. et desup̄ habet tectū. Hec autē omnia plena sunt ministerijs et abundāt spūali bus documentis. Habet namq̄ ecclesia suos lapides simbulos. scilicet xpianos et fideles p̄ fidei stabilitatē quadros. p̄ parte virtutē firmos. p̄ exercitacionē politos per immobilitatē stabilitos. Habet cementum per fidei unitatem. p̄ quā duz fideles p̄ cordi glutino connectunt lapides in dei edificio copulant. Habet parietes veros religiosos et spūales a terrenis eleuatos. a celestib⁹ non remotos a trāsitorijs ad eterna erectos. a corporali⁹ ad spūalia sublimatos. Habet murum inerpugnabilem spei. virtutē p̄ quā dum eterna premia pponuntur temporalia queq̄ et aduersantia mala facile repellunt. Habet fenestras viros speculatiuos predicatores et doctores p̄ quos veri solis radio illustramur et a cecitate ignorantie liberamur. Habet hostiū deum eloquiū veritatē quē duz in sensus varios veritē celestis secreta cognitio et occulti cōsilij nobis illustratio aperitur. Postremo habet colinas viros actiuos pastores et rectores. p̄ quos in xpi edificio sustentamur et firmitate consistētie solidamur. Qui ideo septē coline dicunt quia p̄ septē virtutes tanq̄ septē bases fundantur. p̄ septē beatitudines eleuatur. p̄ septem spūsancti dona firmatur et per septē xpi sacramēta stabiliter roboratur. Deniq̄ habet ecclesia sup̄ has septē colinas tectū suū ipam. scilicet dei et p̄ ximi charitatē. que dū verā dilectionē operatur totā legem cōplectitur. Quoniam ip̄o legisatore teste in hoc vniuersa lex pendet et p̄bet. Math. 22. Audistis igitur qualiter ex diuersis partibus domū suā edificat xps. sed audite rursus qualiter ad edificandū euz xps honoratur apostol⁹ dei inquit adiutores sumus. Unusquisq̄ ergo videat quō et

que superedificet. quoniam unusquisq̄ p̄ sua mercedē s̄m suū labores accipiet. 1. Cor. 3. Ad hęc itaq̄ vocem ad operā exercitatur vniuersus sanctorū cetus. et cū xpo edificat omnes. sed p̄o statuū qualitate alij plus alij min⁹. Alij namq̄ lapides parāt. Alij cementum preparāt. alij parietes sustentāt. alij murū corroborāt. alij fenestras aperit. alij hostiū custodiūt. alij colinas erigūt. alij tectū supponūt. Sic ergo sancti cū xpo edificat ecclesiam. sed frustra laborant qui sine xpo edificare saragūt domus suam quia supra p̄bet sententiā. Nisi domus edificauerit domū inuanū laborāt qui edificat eam. Sed audite insuper queso qualiter sup̄ sacre scripture fundamentum tota hec domus edificatur et instruitur oīs ecclesie cetus. omnis itaq̄ oīs gradus. omnis sexus. Nam et beati Augustini paulomin⁹ vba sequar. de moribus ecclesie. capitulo. 32. Ipsa pueriliter pueros. fortiter iuuenes. gestē senes. pie mulieres. exercet. corrigit docet. et instruit. Ipsa feminas viris suis pro rei familiaris societate casta et fidei obedientia subijcit. et viros cōiugib⁹ sinceri amoris legibus p̄ficiat. Ipsa paternibus filiis libera quadā seruitute submittit. et parētē filijs pia dilectōe p̄ponit. Ipsa vniuersos non tam condidit necessitate q̄ officij dilectōe adhibere stringit. et dominos seruis vni⁹ summi dei et cōmuni domini p̄sideratione placabiles facit. Ipsa ciues cui⁹ gētes gentibus. et prioribus homines omnes primorū parentis recordatione quadam fraternitate cōiungit. Ipsa docet reges. p̄ficere populis. monet populos se subdere legibus. docet quib⁹ honor debeat. quibus reuerentia. quib⁹ timor quibus obedientia. quibus monitio. quibus doctrina. quibus coertio. quibus disciplina. quibus obiurgatio. quibus pena ostendēs quā admodū non omnibus omnia sed omnib⁹ charitas. et nulli debeat iniuria. Audistis igitur qualiter sacra scriptura ecclesiam edificat. et tanq̄ eius solidū fundamentū et incrementū p̄stat. Sed adhuc audite quid sup̄

sacre scripture

hoc beatissimus Augustinus in quodam sermone de sacre scripture laudibus dicit. Ipsa inquit docet iuuenes. p̄ uocat dedinantes. reuocat errantes. instruit ignoantes. sanat egros. roborat infirmos. ip̄robat pigros. increpat otiosos. somnolentos excitat. laborantes letificat. reges humiliat. humiles visitat. sapientia erogat. viciam viciam indicat. gratiam dat. gloriam multiplicat. Et hec q̄tum ad secundū articulū in quo videre volebam⁹ ecclesiasticū edificij incrementum. Sed tandem p̄spiciamus ecclesiasticū edificij complementum. Ecclesia namq̄ primitus parua fuit quando scilicet chustus primo in eam fundamentum posuit. postea vero incrementum cepit. quādo chust⁹ eam domum edificauit. Sed postremo complementū accepit. quando chust⁹ eam ciuitatem constituit. Prius ergo super scripturam sacram edificata ecclesia ut domus magna. postero vero edificata est ut ciuitas ampla. Sic enī de ea p̄diserat propheta veritas. Hierusalem que edificatur ut ciuitas. scribitur psalmo. 121. Sed audiamus qualiter hinc ciuitas Hierusalem infidiatur ciuitas Babilon. et ciuitas dei semper ciuitas dyaboli p̄tinaciter aduersatur. Harus ergo duarum ciuitatū videnda sunt certamina. numeranda bella. considerandi triumphi. pensande victorie. Igitur ut lab̄ vrbe cōdita hoc est a fundatione ciuitatis dei et ab initio nascentis ecclesie sumamus exordium. Ecce princeps mundi. dux inferni. actor scandalum pater mendacij aduersus ciuitatem dei erigit machinas. tendit insidias. parat bella mouet p̄lia. Et in prima belli acie ponit ydolatrias sacrilegos plures deos atq̄ deas in contemptum vni⁹ veri dei colētes ac per hoc contra vere religionis cultus turpiter oberrantes. aduersus quos pugnant apostoli. pugnant martyres. Ex quibus alij arantur vinculis et verbibus confringuntur. Alij detruduntur carceribus et seuius macerantur. Alij ceduntur fustibus vel gladijs iugulantur. Alij cremantur flammis

vel lapidibus obruuntur. Alij ligantur laqueis et scorpiombus flagellantur. Alij suspenduntur patibulis et tormētis varijs perimuntur. Sed contra hoc tormentorum genera inter persecuciones dyaboli et consolaciones dei pugna do vincit ecclesia. Nam sicut dicit scriptura. Sancti per fidem vicerūt regna. Et ut ait doctor veridicus Augustinus libro. 18. de ciuitate dei capitulo 50. Inter horredas persecuciones et varios cruciatus ac funera martyrum predicatū est toto orbe euangelium. ita ut populi gentium credentes eum qui pro eorum redemptione crucifixus est xpiano amore venerarentur sanguinem martyrum quem dyabolico furore fuderant. ipsiq̄ reges quorū legibus vastabatur ecclesia et nomini salubriter subderētur quō de terra crudeliter auferre conati sunt. et falsos deos inciperent persequi quorū cā cultores veri dei fuerāt antea p̄secuti. Hec Augustinus. Prospiciens itaq̄ dyabolicus ille princeps victam esse primā belli sui acie. secundā parat scilicet hereticorum cohortem. et ut verbis vtar p̄memorati doctoris eiusdē libri capitulo. 51. videns dyabolus templa demonū deferi et in nomē liberātis mediatoris currere genus humanū hereticos mouit qui sub vocabulo xpiano doctrine resisterēt christiane. hi fuerūt manichei. arriani. sabelliani. pelagianī alijq̄ inumeri qui varijs timoria stimulis. dolo. is tormentis laboris molestijs et temptationum periculis chusti ecclesiam infestauerunt. aduersus quos doctores catholici per scripture sacre fidem victoriosissime pugnaverunt. Sacra dicente scriptura. hec est victoria que vincit mundum fides nostra. prima. Jobā nis quinto. Sed esto victi sint et ad veritatis viā reducti heretici aut ad obedientiam scismatici. quod quando erit uescio deus scit. nūqd̄ iō par est ecclesie dei. nūquid ideo cessant persecuciones dyaboli. Sane q̄ hoc crediderit decipitur et falsa sibi pace blanditur. Nā iuxta p̄allegatū doctoris diffinitiuam sententia non est diffinitus numerus p̄sec-

Recōmēdatio sacre scripture

rationum quibus exerceri oportet ecclesiam. qd si forte ab his que foris sunt nō seueritib⁹ videatur esse tranquillitas. tñ scuit mundus. fremit dyabolus ⁊ ad uersus spiritum pugnat carnis stimulu⁹ nec vnq̄ defunt qui cordibus p̄uicentium suis perditis mouib⁹ inferant cruciatu. Propter qd̄ aplica tuba sonat ⁊ r̄p̄ideliū pugnat q̄ om̄is qui pie uolunt uinere in xp̄o ihesu p̄secutionez patient. 2. Lhymo. 3. Quāuis ergo pacem habere uideret ecclesia siue ab idolatris siue ab hereticis siue a falsimati. c. tñ cōtinue p̄secutionē patit ⁊ expugnatur ab iniquis ip̄amet dicēte de se ipsa. Expugnauerunt me a iuuentute mea. psal. 128. Quod pulcre declarans Augustin⁹ sup̄ psalmo p̄dicto. Aliquādo inquit in solo abel ecclesia erat ⁊ expugnata est a fratre malo ⁊ p̄ditō cayn. Aliquādo in solo enoch ecclesia erat ⁊ trāstata est ab iniquis. Aliquando in sola domo Noe ecclesia erat ⁊ p̄tulit eos qui diluuiū perierunt ⁊ sola archa nata uit in fluctib⁹ ⁊ euasit ad siccu. Aliqñ in solo Abrahā ecclesia erat ⁊ quāta p̄tulit ab iniquis nouim⁹. Aliquando in solo filio fratr⁹ sui loth ⁊ in domo ei⁹ ecclesia erat. ⁊ p̄tulit sodomoz iniquitates quousq̄ eum deus de medio eoz liberauit. Aliquando cepit esse in pp̄lo israel ecclesia ⁊ pertulit p̄barāonem ⁊ egyptios. Tandē vētū est ad dñm Ihesum xp̄m. p̄dicatum est euāgelii ⁊ ad huc pertulerunt iusti iniquos. Nec ille. Nemo ergo cū iam senectus ecclesie expugnatur aut miretur aut timeat. Sed cū de iuuentute ecclesie hec audiat sese cōsole. ⁊ ex p̄teritis exemplis discat quia etiā si expugnari possit ecclesia nequit tamen penitus superari. Sepe inquit expugnauerūt me a iuuentute mea sed non potuerūt mihi. Nō possunt igitur ecclesiam vincere eius aduersarij. qz qui fundauit eam altissim⁹. qui edificauit eam xp̄s ipse est qui custodit ciuitatem dei. ipse est qui defendit eā aduersus ciuitatem dyaboli. Itaqz iuxta p̄phete sententiā. nisi domin⁹ edificauerit ciuitatem frustra uigilat qui custodit eā

Custodit itaqz ciuitatē suam dominus. S3 cū eo custodiūt eā ⁊ uigilat ad eius custodiam sanctorū exercitus quos xp̄s excitat ad pugnā ⁊ roborat ad uictoriā asserēs ⁊ p̄mitrēs taliter munire ecclesiam suā qz potze inferi non p̄ualebunt aduersus eā. Math. 16. Porte siquidē inferi uicia sunt: mūdi que impugnare ecclesiam satagūt. sed aduersus eam p̄ualere nō possunt. quia ipsa est ciuitas muris firmata. armis uallata. et uelut castrorū acies ordinata. ciuitas inuictibilis ab hostib⁹ insuperabilis a falsitatibus. inobliquabilis ab erroribus. ciuitas inter minas secūra inter p̄ssuras fida inter pugnas semp̄ inuicta. Que ut beatus Hieronymus libro. 7. de trinitate dicit dum oppūmitur crescit. dum cōtemnitur p̄ficiat ⁊ dum le dicitur uincit. Sed quib⁹ armis uincat ecclesia queso diligenter attendamus. Lerte nō in curribus. non in equis. non in multitudine exercit⁹ nō in pōpa regy apparat⁹ s3 lancea p̄uerantie. balista sapientie lozica iusticie. galea spei. scuto fidei. et gladio spiritus qd̄ est uerbum dei. Per hec igitur arma hoc est per dñi eloquiū uerba defenditur ciuitas dei aduersus ciuitatem dyaboli dicente apostolo. ad eph. 6. Induite uos armatura dei ut possitis stare aduersus insidias dyaboli. Per hec arma uincunt errorē. corrumpunt heretia. feriunt falsimati. percutiunt iniqui. cussi quassantur. quasi cōtinuūtur. cōtinuti in puluere conuertunt. in puluere conuersi ad nihilū rediguntur. Quoniam ut ait apostolus uiuus est sermo dei ⁊ efficac ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti p̄tingēs usqz ad diuisionē anime ⁊ spūs. ad hebreos. 4. Per hec itaqz arma hoc est p̄ diuini sermonis ⁊ sacre scripture documenta ecclesia pugnādo uincit. uincendo crescit. crescendo p̄ficiat. p̄ficiendo complementū accipit. Hic. s. per grām ⁊ in futuro p̄ glām. Quā nobis cōcedat q̄ supra petram suam edificauit ecclesiam domini noster Iesus per omnia secula benedictus Amen.

Principium in cursum bible

Incipit principium eiusdē in cursum bible p̄sertim in euāgelium Marci In quo p̄ncipio theologica sciētia alijs ut equū est. p̄fert sciētis humanit⁹ adiuuentis. multipliciter eam cōmendans ⁊ extollens.

Clenam doctri
na h noua. Ista q̄
sto mouet Marci
1. caplo. Reueren
di patres magistri
et dñi carissimi se
pe ⁊ multū hoc me
cuz cogitant. quid

nam expedienti⁹ esset. quid ue mihi foret ut ilius. uel sacre doctrine. diuine uel delicia scripture laudes edicere. uel eadem sub silentij pace transire. Quā in re uarijs fact⁹ agitationib⁹ remulentus uaria mihi super agitatio s3 perplexa. Itaqz diuersis ⁊ aduersis perplexitatis funiculis hinc inde contentiose. p̄tract⁹ nunc loqui prohibeo. nunc tacere non possum. Loqui enim prohibet laudantis demeritū quo me indignuz reperio uerbo laudis. qz nō est speciosa laus in ore peccatoris. Eccl. 15. ⁊ ut uenerabilis uerba Alani sequar. Nec miri p̄sunt lauris oleastri oliuis. Nec salūca rosas. uilis nec alga hyacinthis p̄fertur. Sēmis uel luti uel uis uel cicuti. Nec ouis a capra mēdicat uelleris usum. Nec tumidus torrens a riuo postulat uindam. Nec solet a uauo narcisus querere formā. Nec addit lucē candele flāma diei. Et ideo loqui p̄hibeo. S3 tacere uis suadet laudis debitū quo me totū sentio enarrādis sacre doctrine p̄conij obligatum. de quib⁹ magis ut puto ueniam merear si pauca dixerō. cuz plura non possum. q̄ si taceam oīa cum debeā uisueri ⁊ ideo tacere non possum. imo cogor in admiratiue questionis. p̄mumpere uerba di. Quā doctrina hec noua. Cum uero mee intelligentie detrimēta cōsidero. cū animi mei calamitates colligo q̄ peccator sum leuionis sciētie grauioris qui stultissimus sum uiro u. ⁊ sapientia hoīm non est meuz. non

uidici sapientiam nec noui sciētia sanctorū. Proverb. 30. Lerte sic elinguis lingua. memoria imemor. insensibilis sensu ⁊ de ineffabilibus sacre doctrine laudibus. de quib⁹ etiā sancti cū timore loquuntur ⁊ tremore. loqui nimirū p̄ter mesco. ideoqz timor ⁊ tremor uenerunt super me. in psalmo. quare loqui p̄hibeo. Sed si diutius taceo de ingratitude dñe redarguar. qz iuxta moralū dogma philosophorū eaz laudare teneor q̄ me. si non stet per me. suis ditauit beneficij. beaui munerib⁹. ⁊ documētis salutaribus erudiuit. Quare tacere non possum. imo cogor in admiratiue questionis. p̄mumpere uerba dicēs. Quā doctrina hec noua. Dum autē ad sacratissimē doctrine hui⁹ laudē tota laborat intentio. uū tota p̄currit affectio. tam excellentis dulcedinis copiam effusura uoluntas in cogitationē nō p̄ficiat. sed ⁊ lingua p̄ne dicere in sermone. Et ut quēdā eloquēs ait. Duz sibi uerba tero laudis. plus contero laudē. Quā obz erubescio dicere uel narrare inepte cogitationis mee ⁊ temulētis fantasie p̄prieturas. demissioqz capite uertus suz quid de tanta re sentit iudicare. confusente mihi sapientissimo Salomone. Et tiora te ne quesieris. Eccl. 3. Idcirco loqui prohibeo. Sed duz consolari cupere in sciētia meā silentio. ⁊ ignorantia meā tacendo compescere. quā ipse uū loquor accusare compello. instat ex aduerso p̄sciētia xp̄ia que laudis uerbum recognoscens instanter instantius instantissime petit ipsum ad qd̄ teneor persolui tributū. Idcirco tacere nō possum. imo cogor in admiratiue questionis. p̄mumpere uerba dicēs. Quā doctrina hec noua. Si ipsa ergo hui⁹ gloriose p̄conia doctrine d̄ intellectus mei uena paupere suuū exigunt locupletē Ignarus ego ⁊ elinguis incipit balbutire. ecce uerecundia signat ora silentio uolūtatem cohibet. imaginationes grauat. uū quod nescit homo. qd̄ mirat angelus. inscie promit imperitus ⁊ loquit impudenter iguarus. Igitur loqui prohibeo. Sed de illi⁹ misericordia loquē

Principium

di sumens audaciaz qui mutorū labia referat et linguas infantium facit videri. Sapiē. 10. vt qđ debeo tributi hui⁹ sacre doctrine p̄conio. Quis soluēdo nō sum sufficiēs. in e⁹ tū id qđ potero cōmendationē p̄solū. Spirabit anim⁹ me⁹ deuotionis affectum. eructabit cor meū verbū bonum et velut calamus scribe laudibus ei⁹ officiosus assūtam. igit̄ tacere non possum imo cogor in admīratiue quēstiois p̄cipere verba viciōs Quenam doctrina hec noua. Que fuit q̄stio a p̄ncipio p̄posita vestris reuerētijs sepe repetita. Ad cuius quēstiois solutionē me diu quidē cogitantez sed nihil p̄ficere valentez ratio ipsa in hāc potissimū sententiā ducit. vt cui⁹ ad soluēdas tam arduā quēstiones minime sufficiant alioz consula facultatem. Eō sideo igitur qđ inter plurimas et quasi innumerabiles q̄stiones quattuor sunt p̄cipua quēstionū genera in diuersis scolis et doctozib⁹ varijs perquirēda.

Primo quedā sunt q̄stiones subtiles et studiose. Secundo quedā sunt quēstiones difficiles et curiose. Tertio quedā sunt quēstiones ciuiles et contentiose. Quarto quedā sunt quēstiones viles et virtuose. Primū quēstionū genus solz disputari in scola theozica philosophoz. Secūdu quēstionū genus solet p̄scrutari in scola fantastica mathematicoz. Tertiu quēstionū genus solz discrepari in scola politica iurispitorū. Quartum quēstionū genus solet pertractari in scola catholica theologoz.

Ad primū quēstionū genus pertinet illud. Job. 26. Quis extendit aquilonē super vacuū et appendit terrā super nihil. Quis ligat aquas in manib⁹ suis vt cū erumpant pariter deoz. Quis terminū circūdedit aquis vsq; dum hīnātur lux et tenebre. Et illud Prouerbioz. 30. Quis colligauit aquas in vestimēto. Quis suscitauit oēs terminos terre. Tales enim quēstiones subtiles et studiose solēt disputari in scola theozica philosophoz. Ad secūdu quēstionū genus pertinet illud Ecdesi. 1. Arenam maris et pluuie guttas. et dies secu-

li quis dīnumerauit. Altitudinē celi et latitudinē terre et profundum abyssi quis dimēsus est. Et illud Seneca. Licet nescias que ratio oceanum diuisur dat. quid sit quod gemellorum conceptum separet partuz iungat. Lur simul natis fata diuersa sunt non multum nocēbit tibi transire quod nec licet scire nec prodest. Tales enim quēstiones viciōse curiose solent perferari in scola fantastica mathematicozum. Ad tertium quēstionum genus pertinet illud Luce. 22. Facta est contentio inter eos quis eozum videretur esse maior. Et illud. Exodi. 2. Quis constituit te p̄ncipem aut iudicem super nos. Tales enim quēstiones ciuiles contentiose solent discēptari in scola politica iurispitorum. Ad quartum quēstionū genus pertinet illud Job. 13. Quis potest facere mundum de immundo conceptū semine. Et illud psal. Quis ascendet in montē dñi aut quis stabit in loco sancto eius. Tales enim quēstiones viles et virtuose solent pertractari in scola catholica theologoz. Considerata igit̄ p̄missa quēstionū quadripartita serie et scolarū varietate quadruplici. mihi visum est expedire pro nostre quēstionis solutione singulas adire scolas et doctozes consulere singularū vt qđ in vna nequit in alia saltem inueniri valeat. Sic enim qđ vbiq; querit̄ alicubi plerūq; reperit̄. iuxta verbum veritatis dicentis Querite et inuenietis Matth. 7. Hado igitur et per ordinē ad singulas discuro scolas. Et primo ad scolam philosophoz in qua studiose disputantur quēstiones subtiles et theozice. Secūdo mathematicozum in qua curiose p̄scrutantur quēstiones difficiles et fantastice.

Tertio ad scolam iurispitorū in qua contentiose discēptantur quēstiones ciuiles et politice. Quarto ad scolam theologoz in qua virtuose pertractantur quēstiones viles et catholice. Primo ergo venio ad scolā philosophoz in qua studiose disputantur quēstiones subtiles et theozice. et ibi nostrā p̄pono quēstionē interrogās ab eis de lege xpi euāgelica

In cursum biblie

Quenam doctrina hec noua. In primo vero huius scole ingressu sermocinaliū scientiarum grammaticę videlicet logicę. rethorice et poetice artis doctozes inuenio. Quis omnes iuxta sue facultatez doctrinē mihi aliquid offerat. Alij grāmatalia p̄sciācia rudimēta. Alij logica aristotelis argumenta. Alij rethorice tullij blandimēta. Alij poetice virgilij integumenta. nec solum ista. quin imo ouidiū presentant fabulas. fulgentij mythologias odas oracq; oimēstas orosq; iuuenialis satiras senecę tragedias. comedias thēretij. inuicinas satyras. sydenij epistolas. cassiodorū formulas. declamationes quinnilian. decades titi lili. valerij epitomata. marcialis epygrammata. centones homerici saturnalia macrobij. et generalit̄ singula que vel suauis lirā rethorice vel grauis poetice musaz resonant. Sed cum p̄missi doctozes in his omnibus nihil p̄cipius doceant qđ ad p̄positaz satisfaciāt quēstionē. ipsi tamē mihi iam p̄ne de solutione quēstionis desperanti. inquirēdi laudant p̄positā laboris diligentia et re commendant et diligenter inquirēti s; em inueniēdi confirmant. Confortat me siquidē illud cōmune dictū Boeci de disciplina scolarium. cuiuslibet operis obtulitas laborum diligentia permollitur. Confortat me etiā illud dictū valeri in epistola ad rufinū. Ad summa queq; fastigia non nisi per salebras euadim⁹ nec est via plana que ducit ad gaudia plena. Cui⁹ rei potest exemplum. Audiuit inquit iason qđ per mare adhuc intactum rariibus et rebus et per thauros sulphureos ac p̄ toxicati serpentis vigilas sibi viandum esset ad aureum vellus et sano consilio licet nō suauis vsus. abijt et redijt et optabilem thesaurū reuulit. Sic absinthij veritatio acceptat morose mētis humilitas. secundat officiosa se dulcitas. et in fructum producit perseuerantie utilitas. et dura p̄ncipia dulci sine munerātur. Sic arcus callis ad ampla ducit palacia. sic angustus trames ad terras inuentum. Hec ille. Confortat me inu-

per illud dictum virgilij in eneyde. Labor improbus omnia vincit. Confortat me deniq; illud dictum archytrenij nouelli poete. Melior atq; atq; colles. p̄dibus subternitur vnda. Dupe meatur humus pelagim terribis eruit vsus Salmoneus fulnē saculatur de dala alas. In duit ingenij furor instat et inuisa p̄cep̄s. Rumpit et artifice cedit natura labori. Ex his namq; vicijs vires animi colligo spem mentis erigo. vt ad p̄positę quēstionis apertionez procedam vltius inuestigans a profundioribus naturalis et moralis philosophię doctozibus quidnam de p̄posita sapiant quēstione. ipsi vero sola excusatione contenti talem r̄sponione m̄ p̄tendunt. Scimus inquit elementozum p̄positiones. elementozum conditioes. vaporum impressioes. mineraliū mixtioes. Scimus vires herbarum. virtutes gemmarum. mores animalū origines animarum. Scimus complexionum distantias. humorum repugnācias. sanitatum armonias. egritudinū distrasias. alias discrasias. Scimus varietates actuum causalitates habituū extremates viciozum. et medietates virtutum. Et vt vnum dicamus. Scimus de natura quicquid humana potest ratio naturaliter p̄scrutari. Sed nimirum de ea quam p̄ponis quēstione nihil vtiq; scimus. quia in seius solutione natura silet. et canones succumbunt. et fides sola de naturali ratione triumphat. Ad hāc itaq; vocem. Primum exeo scolam et transeo ad secundam. Secundo ergo venio ad scolam mathematicozum. in qua curiose p̄scrutantur quēstiones officiales et fantastice. et ibi nostram p̄pono quēstionem interrogās ab eis de lege christi euāgelica. Quenam doctrina hec noua. In primo vero huius scole ingressu quosdam ego reperio sibi nomen mathematicozum. in qua curiose p̄scrutantur quēstiones in debite. et quozum infamia tota fere Mathematicozum scola infamis redditur et suspecta. Hi sunt qui teste beato Augustino in

lib. de natura demo. a terra geomantica. ab aere aeromantica. ab igne pyromantica. ab aris idolor. arioli. a consideratione natalium genetlyaci. ab inspectioe ararum aruspices. et a volatilibus ant vocibus auu augures nuncupantur. Ab his itaq; pseudo mathematicis seu potius maleficis nihil interrogo de pposita questione. hoc sacra. phibete scriptura. Non declinet ad magos nec ab aris otis aliquid sciscitemini. **Leui. 20.** Sed ad veros mathematicos transeo qui in arithmetica numeror. pugnas. in musica sonor. in iugias. in geometria quã titatum mensuras. in astrologia celoz influentias scientifice pscrutant. Inter quos tenet pcientior calculus. orpheus plectrum. esculapius baculus. eufra tres horoscopum. archimedes radium perdites arcinum. campanus perpendiculum. ptholomeus astrolabium. Nec inuestigare desistit thales tpa. Athlas sidera. zeno pondera. crisippus numeros. euclides mensuras. aloumasar influentias. Ab his itaq; mathematicis nostre peto solutione questionis. et ecce horum aliqui dũ questionem istam soluere temptant: ita desipiunt vt huius doctrinam. huius vitam. huius opera. huius miracula: causis naturalibus et celestibus influentijs audeat deputare. Sic enim ausus est ille fantasticus albumasar tractatus primi de cõunctionibus differentia tertia. Sic et ille machometicus Quicena. 10. methaphisice sue. quorum tam fatuam q; obsecram t fatuosam presumptione apls ipse reprehendit. Obscuratũ est inquit suspiciens cor eoz dicentes em se esse sapientes stulti facti sunt. ad **Roma. 1.** Nõ lic deuoti mathematici: tres illi magi orientales preclari: quibus vt **Matth. 2.** legitur xpm natũ stella mirabilis nũciavit. illa scz de qua meminit **Lalci. 9.** super. 2. thymei platonis. post cuius apportionem teste **Augustino** vbi supra. natiuitatem alicuius e celo interpretari non licuit. non sic inq; non sic presumit hi deuoti mathematici. sed in pposita questionis solutione imperfectũ

suum humiliter recognoscũt. Nescit inquit acrobologia mathematica huius questionis soluere noduz. Nescit quippe vt uinum aperire secretũ. nã cuz deo claudente nemo aperiat: sane frustra sudat diuinitus obsecrata humanitus referare. Ad hanc itaq; vocem secundã exeo scolarũ et transeo ad tertiam. Tertio ergo venio ad scolarũ iurisperitorum in qua contentiose disceptantur questiones ciuiles et politice. Et ibi nostram ppono questionem: interrogas ab eis de lege christi euagelica. Quenam doctrina hec noua. In primoverbo huius scolarũ ingressu ciuiles iuris doctores inuenio. qui imperatoris leges. Cesaris edicta. tantaeneratione suscipiunt. tanto honore preferunt: vt pro ipsis venerandis aliqui plerumq; celestis imperatoris leges contemnunt. pro ipsis defendendis. edictis summi cesaris tribuant. Sed reperio iterum in hac scolarũ quosdam iuris canonici professores qui etã suas decretales epistolas quasi diuinas scripturas accipiunt: et eas taliter venerantur vt propter hoc eoz aliqui plerumq; in diuinarum pcorum blasphemiam scripturarum. Tales enim reprehendit magnus ille vtriusq; iuris doctor dominus **Bratianus** sui voluminis. distinctio. 9. cap. Ego solus. verba recipiens **Augusti. epistola. 8.** ad **Merony.** Ego inq; solus eis scriptorum qui iam canonici appellatur. vidit ci hunc morem honorẽ referre vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere. Appellatione canonicorum librorum solos comprehendens libros diuinarum scripturarũ et non iurium humanorum in quibus eodem **augustino** teste libro secundo ad **Encenium.** et **Bratianus** distinctione eadem cap. negare. Negare non possumus nec debemus multa esse que possunt iusto iudicio et nulla temeritate calpari. Ipsorum igitur qui vel in ciuilibus vel in canonicis iuris scolarũ aut studet aut docet bifariam diuisionẽ reperio. nã qdã et multi pcedolo linguam pstituant. questuz questuz. equitate solunt. pacẽ confundũt

Secunda propositio credere ea que apparent esse vera non est virtutis. sed credere ea que non apparent vel non vident esse vera hoc est ex virtute credentis. quia talis credulitas seu ei debita fides que sibi impenditur propter suasionem aut probationem. quia talis etiam cuiuslibet alteri daretur. igitur sublimior ei deberetur. Unde de potest sic argui. Aut credendum est deo sine aliqua suasionem. aut non. Si sic habetur propositum. Si non ergo non aliter sibi credendum est quam cuiuslibet alteri. Nec valet dicere quod ei creditur sine suasionem sed tantum quia verax est. quia hoc est credere cum suasionem. Nam qui sic credit suatum habet quod deus verax non vult mentiri. Et sic crederetur cuiuslibet viro bono nec in hoc honorificat deus. quia sic cuiuslibet crederetur qui eandem causam credulitatis haberet. modo debetur deo specialis honorificatio et obedientia in credendo. quare etc. Quarta propositio. Non est intellectus firmus aut fidelis qui credit per probationes aut apparentiam rationis. Quia talis est velut infirmus requirens baculum ad ambulandum. et ratio est baculus cui innititur. igitur qui per rationem credit. non firmus credit. Sic talis est sicut venditor incredulus qui emptori aliter non credit nisi pignus et cautionem ei dederit. et probatio est velut pignus aut cautio sine qua non credit. Quare manifestum est intellectus creatoris huiusmodi pignoris esse credulitate infirmum et incredulum. Quarta sequitur ex predicta quod sicut multitudine et magnitudo pignoris in domo venditoris licet ei securitate faciant. signa tamen sunt incredulitatis ipsius. sic pignora et securitates probationum designant incredulitatem intellectus. Idem patet exemplum de multitudine baculorum et apodiaculorum que designant infirmitatem ambulantis. Sexta sicut huiusmodi credulitas siue fides que fit per probationes vel suasionem non est virtuosa. sic ipsa est viciosa et deo contraria. ideoque damnatione ac supplicio dignissima. Primum patet. quia virtus est circa difficile. huiusmodi autem credulitas non solum non est difficile. sed facilis. quia sicut in possibile est non credere manifeste vera. sic difficile est non credere probabiliter. Secundum patet. quod sicut contumelia fit viro note bonitatis si ei absque pignore non credatur. si deo

Questio

tanto maior quanto melior. Item non est ita mendax cuius pignora non creditur. que ergo reverentia fit deo si ei sic creditur vel fides attribuitur. Item tali credulitate non creditur deo sed probationi. sicut venditor non credit emptori sed pignori. quare etc. Ex predictis sequitur septima q. deo digna credulitas est illa et sola talis qua eis creditur sine omni pignore rationum. aut probationum cautione gratis scilicet obedienter et non propter hoc quia verax est aut quia verax est quod loquitur. et omnia alia credulitas est irreligiosa et deo contumeliosa. quia per talem deo non creditur sed pignori. quare nec talis facit fideles. Octava qua postea infertur ex predictis est quod inquisitione probationum est unum impedimentum in cognitione legis christi seu veritatis articulorum.

2. **S**ed huic et alijs positionibus predictis iste doctor videtur in eodem tractatu contrarius. Nam postea diffuse ibidem probatur et per multas rationes quod una est fides ad quam credenda omnes homines obligantur. Perinde est etiam quilibet articulum fidei articulare. postea generaliter probatur. quod sola lex vel fides christi est illa ad quam omnes tenentur. sed quod omnia contraria est falsa. Et sic induit probationes ad ea que sunt fidei. Insuper dicit ibidem quod prophetis et apostolis non est creditum nisi ex testimoniis miraculorum quare etc. Item christus dicit Joh. 1. 5. Si opera non fecissem in eis que nullus alius fecit peccatum non haberet. Et loquitur de peccato infidelitatis secundum Augustinum. ergo patet quod christus faciebat opera miraculosa propterea sibi et sue legi fides adhibetur. In miraculis autem fundatur quedam rationis apparentia. quare etc. Item miracula facta sunt ad confirmationem fidei. iuxta illud prius allegatum Mar. vlt. Prædicaverunt ubique dominus cooperante sermone confirmatione sequentibus signis. Item appentia miraculorum autem rationis non tollit firmitatem fidei. sed magis eas facit. quare etc. Item specialiter arguitur contra primam et secundam positiones. quia secundum philosophum et etiam secundum adversarium. Sicut se habet voluntas ad bonum. sic intellectus ad verum.

et secundum philosophum. scilicet ethicorum. voluntas non potest velle aut diligere nisi apparens bonum. et per omnia sicut voluntas non potest amare vanosa aut molesta nisi sub ratione alicuius apparentis bonitatis. ita nec intellectus credere ardua et difficilia contra seipsum. nisi ex apparentia veritatis. hoc enim quilibet experitur. quod illud quod creditur apparet sibi verum. Et interrogatus de illo quod creditur. respondet quod ipse sibi verum videtur. Unde et nostrum credere est quoddam apparere. sicut et quodlibet aliud iudicium intellectus. Et ideo quod dicit apostolus. Hebræo. 11. quod fides est argumentum rerum non apparentium. intelligendum est non evidentiū. ut sit sensus. quod fides est noticia invidens. quare etc. Item contra tertiam sextam et septimam positiones arguitur. quia sicut se habet voluntas ad meritum diligendum deus sic intellectus ad meritum credendum deo. sed voluntas digne et meritoze ipsum potest diligere propter retributionem. iuxta illud psalmi. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum propter retributionem. Item intellectus dignetur meritoze deo potest credere propter rationem. Nec ex hoc sequitur. quod non aliter sibi creditur quam cuiuslibet alteri. quia sicut deus non est diligendus propter retributionem precise et principaliter sed propter seipsum. sic non est sibi credendum precise aut principaliter propter rationem. sed principaliter propter auctoritatem. Et sic intelligenda est communis auctoritas Gregorij. Fides non habet meritum ubi humana ratio prebet experimentum. Non obstante ergo ratione probabilis stat meritum fidei. quia principaliter creditur propter obedientiam dei. Et ita plus creditur sibi quam rationi quia propter ipsum firmiter creditur illis quod ratione solū probabiliter suadetur. Et ita non est facile sed difficile et virtuosum probabilis non solum probabiliter sed etiam firmiter credere. quare etc. Item contra quartam quintam positiones arguitur. quia sicut secundum philosophum in secundo de anima ad videndum requiritur lux corporalis. sic ad credendum naturaliter requiritur

De resumpta

apparentia rationis quasi quedam lux intellectualis. Item ratio probabilis non facit intellectum aut ostendit ipsum infirmum infidelis aut incredulus nec est sicut baculus aut apodiaculum accidentaliter sustentans ipsum. sed est quasi pes naturaliter positus est. et naturalis eius ad iustorum requisitum ad spiritum aliter ambulandum id est ad credendum. Quare nec multitudo aut magnitudo probationum sicut multitudo et magnitudo pignoris incredulitate intellectus designant. sicut videtur iste doctor imo magis eius credulitate arguitur. sicut docet experientia et in ipso firmitate faciunt sicut dicit Gregorius in omel. ascensionis. Ipsa inquit refurrectio apostolorum dubitantibus per multa argumenta demonstrata est. Que ubi nos legentes cognoscimus quod aliud quod de illorum dubitatio de solidamur etc. Unde per quod probabilis argumenta seu rationes probabiles non ex tua ratione secum afferunt formidinem. capiēdo formidinem pro quantumcumque pro dissensu conclusi aut assensu sui oppositi. Nam tunc talis ratio alicuiusmodi quis remissius probaret oppositum conclusi. et sic non posset stare cum firmitate fidei. quod est falsum. quare etc. Patet etiam ex eodem falsitas octave propositionis. quia insuper ponens eam non solum contrariatur sibi ipsi. sed etiam omnibus fere sanctis et doctoribus qui inquirunt et inducunt rationes probabiles ad ea que sunt fidei quod non faceret si esset impedimentum in cognitione legis christi. imo ipsemet legislator ad sue legis probationem fecit per seipsum et suos apostolos miracula. ut videtur est supra. quare etc. Sic ergo ex predictis patent solutiones rationum huius doctoris et falsitas sue positionis ac per consequens veritas octo propositionum contradictoriarum positionibus premissis. Et hec de secunda delusione et suis adiunctis.

3. **T**ertia conclusio surta materiam tertij argumenti ante oppositum questionis facti est de confirmatione ecclesie christi. Et est ista quod licet christi seu petri ecclesia ex fide sola non sit ad credendum sufficienter confirmata. tamē

ex fidei auctoritate principaliter coheret dicitur confirmatio ecclesie in hie christiana. Et hec conclusio directe responsiva est ad questionem. Nam prima pars respondet ad primam questionis intellectus. secunda vero ad tertium. Prima pars aliter patet ex dictis in secunda conclusione. quia ex sola fide infusa non inducitur sufficienter ecclesia ad credendum seu ad constanter et firmiter assentiendum. sed ad hoc inducta fuit ex apparentia rationum. sicut etiam arguitur secunda ratio ante oppositum. Et specialiter ex apparentia miraculorum sicut ostendit auctoritas allegata. Marci ultimo capitulo. quare etc. Unde de multis rationibus quas in prima questione sententiarum inducit doctor subtilis et etiam alij doctores in diversis locis tantum unam tango causa veritatis arguendo sic. Illa sunt vera et constanter ac firmiter credenda in quorum veritatis testimonium deus invocatus fecit miracula. Ista est probabiles in lumine naturali. scilicet sic est de dictis et doctoria christi. Ista patuit per experientiam et nunc etiam est probabiles in lumine naturali per formam historiam de resurrectione lazari et alijs multis miraculis per christum et eius apostolos factis. igitur etc. Hanc rationem innuebat Richardus de sancto victore. 1. de trinitate capit. 2. loquens. Domine inquit si error est. a te decepti sumus. tot enim et tantis prodigijs attestata sunt que non nisi per te fieri potuerunt. Et loquitur in persona indifferentis. Et si forte huiusmodi miracula negarent esse facta hoc nobis grande miraculorum sufficit quod sine miraculis pene totus orbis crederet sicut dicit Augustinus. 22. de civitate dei Sufficit enim quantum. scilicet ad indifferentem. quia aliter esset de perterno. Hanc eadem rationem similiter innuebat christus dicens Johannis. 5. Opera que ego facio testimonium perhibent de me. Et iterum. Johannis. 10. Si mihi non creditis saltem operibus credite et multa huiusmodi in pluribus locis euangelij. quare etc. Secunda pars conclusionis patet ex dictis in tertio articulo questionis. que

tractant in vesperis meis. Vbi sub tribus conclusionibus probauit q̄ semper scilicet vsq̄ ad consumationem seculi ē et erit aliqua ecclesia que per rectam fidem christi lege regulabitur et ei conformabitur. Et ista est ecclesia vniuersalis et non aliqua particularis ab vniuersali ecclesia distincta. Sed q̄ sic semper perseverabit vniuersalis ecclesia in fide non potest conuincit ratioe sed p̄m̄cipaliter conuincitur ex scripture auctoritate. sicut ibidem probauit ex tribus auctoritatibus. scilicet illa Luc. 22. Petre rogauit pro te etc. Et illa Math. vltimo. Ego vobiscum sum vsq̄ ad consumationem. Et insuper ex illo dicto christi dicentis de persecutione antichristi q̄ tunc inducitur in errorem si fieri potest etiam electi. Inductionem dimitto causa breuitatis. Ex his ergo ac etiam ex dictis in tertio p̄ambulo huius questionis satis patet secunda pars conclusionis.

R. Sed contra vniuersaliter dictum quod immediate tactum est et quod probatum fuit in secunda conclusionem dicti secundi articuli vesperiarum mearum que conclusio fuit. ex sacra scriptura non conuincitur q̄ semper est aliqua particularis ecclesia que christi legis regule conformetur. posuit dictus magister hic istam propositionem collatiuam. ex sacra scriptura conuincibile videtur q̄ semper vsq̄ ad diem iudicii aliqua particularis ecclesia militans christi sit iudicij regule conformetur. Et sic firmum sequitur q̄ confirmatio in fide non solum conuenit vniuersali ecclesie sed etiam particulari. Luitius oppositum nunc et alias tetigit in prima lectione mea respondendo ad rationes istius magistri dixi q̄ vna sola scilicet quinta vadit contra intentionem mee conclusionis. Et contra hoc ipse postea arguit. sed quia processus logicalis est et magis vocalis q̄ realis. ideo transeo causa breuitatis et venio ad rationes suas principales.

Prima ratio fuit q̄ semper vsq̄ ad diem iudicii durabit ecclesia quas christus se edificaturum promisit supra petram continens in se multas ecclesias

particulares. et distinctiones graduum officiorum et dignitatum. sicut corpus continet in se multa membra sic distincta igitur etc. consequentia patz. antecedens probat ex dictis christi et apostoli simul iunctis. Math. decimo sexto. p̄. Corinthios duodecimo. ad ephesios quarto et quinto capitulis. Secunda ratio fuit in die iudicii de multis ecclesiis particularibus ex diuersis mundi partibus concurrentes fideles etiam in caritate extantes. qui tunc reperientur viui et rapiuntur in nubibus obuias christo in aera igitur etc. consequentiam reputat clara antecedens patz ex duobus dictis apostoli simul iunctis. scilicet primo Theoph. quarto. vbi loquitur de illis qui tunc rapiuntur viui et quomodo rapiuntur etc. et Ephesios quarto. vbi dicit. donec omnes occurramus etc. vbi glosa. donec nos omnes occurramus nobis inuicem de diuersis partibus mundi cum desiderio currentes ad gaudiu. Et subdit donec illud fiat durabit prelario. Ad primam rationem respondi in prima lectione q̄ quicquid sit de antecedente tamen illud non conuincitur ex sacra scriptura nec ex illis dictis christi et apostoli que allegat. Ad secundam quicquid sit etiam de antecedente dixi consimiliter q̄ illud non conuincitur ex scriptura nec ex illis dictis apostoli. q̄re etc. Unde p̄ materia istarum rationum posui tres p̄pones.

P̄ Prima ex sacra scriptura a probabile est q̄ ante diem iudicii erit aliquod tempus in quo nulli erunt fideles viui. Patz de illo tempore in quo ante aduentu christi ad iudicij: ignis precedet purgans elementa et in cineribus corpora mixta. Et illud tempus in dictis meis vocabam consumationem seculi. etc. Secunda propositio sequitur ex predicta q̄ nullo tempore consumationis nulla erit ecclesia militans siue vniuersalis siue particularis. Patet ex descriptione ecclesie militantis quam posui. quia tunc nulli erunt fideles in mortali corpore: et naturaliter viuentes. Et ex hoc patet clara falsitas sue propositionis et etiam antecedentis prime rationis quo ad singu-

las partes. Tertia propositio. in die iudicii nulli homines reperientur viui qui obuias christo venient sic. scz q̄ illi prius non fuerint mortui. Patz ex dictis nec oppositum conuincitur ex illa auctoritate apostoli. primo Theoph. quarto. sicut patz inuenit opinionem doctorum super hoc passu. Et ex hoc clare patet falsitas antecedentis secunde rationis. Sed contra hec ipse replicat. Primo contra hoc quod dixi q̄ antecedens suarum rationum non conuincit ex scripture inducit plures auctoritates scripture que quasi in idem conueniunt. Ideo non repeto nisi illam quam p̄m̄cipaliter inducit contra primam propositionem. scilicet dictu apostoli ad Ephesios quarto. vbi de christo loquitur sic. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas etc. ad edificationem corporis christi. scilicet ecclesie donec occurramus nobis inuicem et christo venienti ad iudicium in viris perfectis. scilicet in mensura etatis plenitudinis christi. sed talem mensuram etatis non habebimus ante diem iudicii. quia non nisi per resurrectionem. igitur vsq̄ ad illud tempus durabit ecclesia firmam distinctionem graduum etc. Ex quo infert q̄ est falsa prima propositio et per consequens secunda. Sed hic videt q̄ in illa auctoritate apostoli hec dictio donec sumitur exclusiue. vt scilicet excludat non solum diem iudicii sed etiam illud tempus quod immediate iudicij precedit quando. s. iudicij signa incipient apparere vt magis statim dicitur. quare etc. Item constat contra me. quia illud tempus purificationis electorum per signum etc. pertinet ad diem iudicii imo est pars diei iudicii. Ad enim soluz ad diem iudicii pertinet latio sententie. s. etiam multa alia precedentia et sequentia. vt patet etiam ex multis passibus scripture. Sed quicquid sit de hoc ultimo dicto tamen primuz proprie loquendo non est verus. q̄ illa purgatio per ignem est vniuersalis de signis ante iudicium firmam omnes doctores. et p̄sequens parte non est pars diei iudicii etc. Item replicat contra tertiam propositionem q̄ christo venienti ad iudicium aliqui rapiuntur obuias qui tunc inueniuntur viui et prius non fuerint mortui. igitur illa propositio falsa. Antecedens probat ex illo apostoli. primo Theoph. quarto. deinde nos qui viuis qui relinquitur simul rapiemur cum illis in nubibus obuias christo in aera et cetera. Sed hec auctoritas non concludit q̄ Paulus qui iam est mortuus ibi se connumerat cum illis viuis qui sic rapiuntur. et per consequens non intendit q̄ illi viui prius non fuerint mortui. Et quando dicit q̄ imo sicut patet per glosam ibidem. et magister libro. 4. dist. 43. et doctores communiter q̄ supponit q̄ rps veniens ad iudicium aliquos inueniet viuos et tunc p̄sequer querunt vtruz tales quando sint mortui vel non et tangunt duas opiniones. vna Hieronimi qui videtur velle q̄ non etc. aliam Ambrosij dicentis. q̄ in raptu illorum qui viui rapiuntur mors erit et resurrectio mira quadam velocitate. Idem tenet Thomas de argentina super eadem distinctione vbi dicit q̄ Augustinus. 20. de ciuitate dei. capitulo. 20. videtur sentire q̄ illi qui mortui fuerint inueniuntur in aduentu iudicis prius duratione resurgent q̄ hi qui inueniuntur viui. quia rapiuntur obuias christo et in illo raptu morientur et subitoto renouescent.

P̄ Sed contra hec primo est illud apostoli. 1. Cor. 15. omnes quidem resurgemus. et sequitur in momento in actu oculi etc. Et per consequens firmam apostoluz omnes resurgent in eodem instanti. et non aliqui prius resurgent alius prius tempore. Et sic illud. 1. ad Theoph. 4. et mortui qui i christo sunt resurgent prius deinde nos etc. non refert ad prius tempore et posterioritate temporalē quo ad actu resurgendi sicut declarat ibidem magister Thome. de lira. ad cap. postillas remitto. Item sanctus Thome. in. 4. sententiarum dist. 43. arti. 4. q. 1. dicit q̄ h in hac materia varie loquitur sancti. tamen hec est securior et color opinio. q̄ oēs morientur et a morte resurgent. Et in responsione ad primam argu-

mentum ostendendo quomodo intelligendum est illud symboli. venturus est iudicare vivos et mortuos. dicit q̄ ista distinctio vivorum et mortuorum: non est referenda ad ip̄m iudicij tēpus: q̄ tūc erunt omnes vivi: neq̄ ad totum tempus p̄teritum: quia omnes iudicandi aliquo tēpore fuerunt vivi et aliquo tēpore mortui. Sed ad illud tempus de terminatum quod immediate iudicij precedet. quādo scilicet iudicij signa incipient apparere. Et in dist. 47. q. 2. art. 3. dicit q̄ illa flagratio ignis iudicij precedet quo ad purgationem mundi. Et in responsione ad primū argumētū dicit Augusti. 20. de civi. dei. vbi videt̄ oppositū innuere. nō loquit̄ determinādo sed opinando sicut ostendit̄ ex eius verbis. Et in responsione ad tertium argumentum dicit q̄ illi vivi qui dicuntur reperiri sunt illi qui vsq̄ ad tps̄ consummationis in corpore vivēt. Ex quibus omnibus apparet p̄positum r̄. Item quicquid sit de hoc tñ ex his varijs opinionibus doctorum circa hanc materiā apparet dare q̄ ex sacra scriptura non conuincitur p̄positum istius materie imo expresse dicit Magister senten. vbi eum allegat pro se q̄ horum quid verius sit non est humani iudicij diffinitio. quare r̄. Iterum vero replicat dicens. q̄ licet dicte tres p̄positiones mee essent vere. adhuc equaliter staret difficultas vtriusq̄ rationis sue: ponēdo loco illius vsq̄ ad diem iudicij vsq̄ ad tempus signorū diem iudicij precedentium. Et deduceretur vtraq̄ ratio sicut prius: sed tamen non oportet sic modū loquendi variare vt dicit patere. quia primus modus loquendi trahit̄ ex scripturis. et est a doctorib⁹ visitatus et nō meus. imo dicit q̄ modus meus loquēdi clare contradicit cōclusioni mee tertie. tertij articuli vesp̄iarum. Sed miror de hoc dicto. quia voluntarie hoc asserit nec probat aut declarat istam contradictionem: quam tamen omnino nō video. De suo modo etiam loquendi patet ex dictis quid veritatis habeat et quomodo doctores varie loquant̄. imo

clare patet q̄ modus meus loquēdi videtur a Chūsto dicit enim Marthei. vl. Ego vobiscum sum vsq̄ ad consummationem seculi. non dicit vsq̄ ad diem iudicij: aut vsq̄ ad tempus signorū r̄. Quid autem intelligat per consummationem seculi patet ex p̄dictis. Et quātum ad hoc quod dicit. non obstantibus tribus p̄positionibus meis rationes suas p̄cedere variato illo modo loquēdi r̄. Respondeo q̄ non: quia illa que assumuntur in antecedente et que ex dictis apostoli probantur cōuenire ecclesie non de ecclesia aliqua particulari. sed de sola vniuersali habet locum. capiendo ecclesiam vniuersalem et particularem ad intellectum conclusionum mearum alias satis expressum quare r̄.

Tertia ratio sua fuit: q̄ si p̄positio sua non esset vera hoc maxime videtur quo ad saluandum dicta scripture de duratione ecclesie. q̄ ipsa possit saluari in vno homine layco: quia vt dicit ista sibi videtur esse mea intentio. Sed falsitatem consequentis probat: quia tunc fm̄ legem ordinatam deficere posset in ecclesia militante sacerdotū christi: quod est fm̄ ordinem melchisedech quod videtur esse contra apostolum ad Hebr. 7. et glosam ibidem. Ad rationem respondi. nego antecedens. Et q̄ illa fuerit intentio mea clare patet ex tribus correlatis tertij articuli mei. Ebi expresse posui et probavi ex scriptura q̄ semper a tēpore christi vsq̄ ad consummationem seculi erunt plures habentes fidem: spem et charitatem in ecclesia vniuersali. Q

Sed contra. Replicat. quia descriptio vniuersalis ecclesie militantis: quā ego posui saluari potest in vno homine tantum. Igitur r̄. Antecedens patet: quia dixi q̄ ecclesia est omnis homo fidelis vel omnes homines fideles in mortali corpore naturaliter viuentes. Ex qua clare patet p̄positum vt ipse dicit. Et etiā ex hoc q̄ ego induci de abel in quo aliquando saluabatur ecclesia r̄.

Ad istud respondeo. dico q̄ concessio antecedente et eius probatione negā

da est prima consequentia. Et ratio est quia licet ecclesia nunquā in futurum saluabitur in vno solo supposito. tamē aliquando sic saluata fuit vel absolute saluari posset. Modo bona descriptio debet conuerti cum diffinito. non soluz pro vna differentia temporis. sed pro qualibet et respectu cuiuslibet copule etiam de possibili. Ideo posita fuit illa descriptio diffinitive. h̄c r̄. Quarta ratio sua fuit. quia nulli sux p̄positio esset vera tunc sequit̄ q̄ lex christi quo ad sacramenta vel alios ritus ecclesie a Chūsto et alijs apostolis institutos quandoq̄ deficeret ante finem mundi. Consequentia tenet sicut in argumento precedenti. falsitas patet ad Hebr. septimo. et per glosam. Ad hoc respōdi per idem sicut ad p̄cedens negando consequentiam. Unde pro materia huius rationis et p̄cedētis dixi q̄ posito q̄ esset vnus solus homo laycus fidelis non errans contra legem christi. non tamen ex hoc sequitur q̄ deficeret sacerdotum christi aut sacramenta vel alij rit⁹ ecclesie dei. quia stat q̄ aliquis sacerdos sit imo summus sacerdos et tamen q̄ erret contra legem Chūsti sicut patet de Petro vt testatur Apostolus Paulus ad Gal. secundo. Imo stat q̄ aliquis sit sacerdos et possit ministrare omnia sacramenta christi. et tamen q̄ sit hereticus et per consequens q̄ non sit fidelis nec de ecclesia dei. vt patet ex cōmuni opinione doctorum sacre theologie contra magistrum sententiarum. libro quarto distinctione vigesima quarta. Quare r̄. Sed contra replicat dicens q̄ non soluo argumentum. Unde arguit sic. Sic cum scriptura stat ecclesiam saluari in vno solo homine layco. Igitur cum scriptura stat pari ratione nullum esse sacerdotem vel clericum et tunc stant ambo argumenta p̄cedētia. Consequentia tamen tenet vt dicit quia ex quo ad saluandum scripturam sufficit fides christi in vno layco. et per consequens non requiritur aliquem sacerdotem vel clericum esse r̄. Ad

hoc dico. quicquid sit de antecedente de quo satis dixi consequentia neganda ē nec probatio valet. Et ratio est. quia in scriptura sacra specialiter promittitur iurano sacerdoti christi vsq̄ ad consummationem seculi. vt videtur ex dictis apostoli. Hebr. 7. et posset ostendi ex alijs locis scripture. sed transeo causa breuitatis. Quare r̄. Quinta ratio sua principalis et quam solam dixi esse ad p̄positum mee conclusionis fuit ista. Ex scripturis videtur conuincibile q̄ nec generale concilium nec tota multitudo clericorum et laycorum viroꝝ nec romana ecclesia que dicitur gurgit a tota congregatiōe fidelium sicut partes a toto difformari potest legi christi. Igitur r̄. Consequentia tenet. sed antecedens non probatur. Ad istam respondi probabiliter disputatiue dicendo q̄ antecedens non conuincitur ex scriptura sacra. Et quia oppositum non probant. ideo non plus dixi. Sed in prima lectione sua probare visus est antecedens quo ad singulas partes. Et primo de concilio generali arguit sic. Tota ecclesia vniuersalis non potest errare in fide seu quo ad hoc difformari legi christi. Igitur nec concilium generale. Antecedens potest deduci ex scripturis. sicut conc. lli. Igitur et consequens. Sed consequentia probatur ex hoc. quia a cōcilio generali in causa nō licet appellare. quia si sic aut ad aliud concilium. aut ad papam. aut ad vniuersalem ecclesiam. Non ad aliud concilium quia pari ratione ab illo appellare liceret. et sic tali cause finis imponi nō posset. Nec ad papam. quia in facto fidelis est subiectus iudicio generalis concilij. eo q̄ sicut notatur. decimanona distinctione capitulo. Anastasius. Synodus in causa fidei sit maior papa. Quod potissime verum est de Synodo generali. Nec ad vniuersalem ecclesiam cuius concilium generale sit p̄stantior pars ecclesie. Igitur parti minus p̄stanti esset minus credendum in causa fidei. Etiam quia vniuersalis ecclesia in vno

Questio

conuenire non potest. Item concilium generale eo ipso quod est generale representat totam ecclesiam vniuersalem. Antecedens patet. quia si non ita in eo non est consensus totius ecclesie vniuersalis. et per hunc non est generale sed particulare. Et ad hoc est auctoritas Gregorij. 1. 5. dist. 1. Sicut. vbi dicit de quatuor concilijs generalibus. quod vniuersali consensu constituta sunt. et ideo quicquid presumpserit absolueret quia ligatur aut ligare quod soluit seipsum destruit et non illa. Et similis ratio est de quolibet alio concilio generali. sicut et. Item ex scriptura conuincitur quod congregati in vnum in christi nomine non possunt prout diffiniri legi christi. Sed sic est de illis qui faciunt concilium generale. Maior patet Matth. 18. Et minor apparet. quia aliter non esset generale concilium. sed ecclesia malignantium et particulare conuenticulum. Nec valet vice re. quod licet de specialiter assistat congregati in vnum in christi nomine. tamen in fide minime confirmantur. quin possunt labi in errorem. Nam similiter argue retur de tota congregatione fidelium vniuersalis ecclesie quia constat cum sit vniuersalis quod non est confirmata. et tamen non sequitur quod possit errare a fide. Sic in proposito isti de concilio generali quia representant totam ecclesiam licet non sint confirmati quous quilibet eorum possit seorsum errare. tamen non sequitur quod oēs simul sic congregati possint errare.

R. Ad ista probabiliter respondent aliqui quod concilium generale potest contra fidem errare. imo de facto sic aliquid quando errauit sicut per multa exempla ostendunt. et specialiter per synodum episcopalem secundam que errauit. et ideo reprobata fuit. sicut notat glo. 1. 5. dist. c. 1. Et ad obiecta in contrarium dicunt negando consequentiam. Et ad probationem negant assumptum dicentes quod si concilium generale contra fidem erraret ab ipso appellare liceret. scilicet ad aliud concilium generale si esset facultas ipsum congregandi. et si illud iterum

erraret liceret ad aliud appellare. et sic semper donec catholici conuenirent. in super si papa non esset presens concilio generali errate liceret ad ipsum presentem vel ad ipsum cum alio concilio congregando appellare. vel etiam ad vniuersalem ecclesiam si posset in vnum conuenire esset principaliter appellandus. Si vero tota christianitas esset sic deputata quod soli heretici haberent potentiam et quod soli pauci simplices et pauperes manerent in fide et reputarent concilium generale errare nec possent se humano concilio aut auxilio tueri vel defendere non restaret aliud nisi se diuine gratie committere et illam iniuriam patienter tolerare cum gemitu tristitia et dolore. sicut Hieronymus consulit viro ecclesiastico quando in ea quod vocatur domus domini inualescit iniquitas et iusticia omnis deprimatur. prout recitatur. 93. dist. c. dyaconi. Quantum vero ad illud quod dicitur de subiectione in causa fidei. dicunt quod omnis persona et omnis congregatio errans in fide omni alteri non sic erranti in causa fidei est subiecta. et talis est prefatio in ecclesia qualis quod aut cuiuscumque conditionis existat.

Ad confirmationem concessio ante negant consequentiam. Tunc primo quia papa est persona publica gerens vices totius ecclesie. et tamen potest contra fidem errare. et per consequens confirmatio concilium generale. Tunc secundo quia non oportet quod omnis personarum communitas gaudeat omni prerogatiua qua gaudet illa cuius vices gerit. quare et. Et ad auctoritatem beati Gregorij dicunt quod loquitur de concilio de iure et rite a catholicis celebrat. Et loquitur de facto non de possibili. quare non oportet sic esse de omnibus alijs. Ad aliam confirmationem potest dici quod stat quod illi qui sunt in generali concilio non sunt congregati in nomine christi sed quod sint christi contrarij. tamen hoc non obstante non sequitur propositum. quia illo concessio statet quod sic congregati errant in fide propter causam illam tacitam. quia scilicet

De resumpta

non propter hoc sunt in fide confirmati. Nec valet replicatio. quia non sic potest argui de ecclesia vniuersali. Nam licet sit vniuersalis confirmata est in fide vniuersalis ecclesia. nec talis confirmatio repugnat statui vti ad intellectum supra expressum. Nec valet quod dicitur quod licet quilibet seorsum possit errare. tamen non sequitur quod omnes simul congregati. Nam concursus ad eundem locum non reddit aliquos magis inobligabiles a fide quam ante. Quia sicut locus non sanctificat hominem. sic non confirmat in fide. Talis etiam concursus in christi nomine habet locum in concilio particularibus et provincialibus. de quibus tamen potest errare. Item et. Secundo loco probat iste magister secundam partem antecedentis sui principalis. scilicet quod tota multitudo clericorum non potest diffiniri legi christi. quia deus ita stabilivit sacerdotes leuiticos. ut in iudicij de his que erant diuinitus precepta non possent errare sic quoniam iudicio essent standum. Item multo fortius sic assistit sacerdotibus non testamenti. maxime in his que concernunt fidem. et precipue illis ad quos se tota communitas ecclesie refert in his que sunt fidei. Et sequentia patet. Antecedens probat per scripturam. Deutro. 17. vbi deus dicit filiis israel. quod de omni iudicio difficili et ambiguo debeant venire ad sacerdotes leuitici generis et ab eorum sententia non declinare neque a dextris neque a sinistris. Item confirmat per aliqua scriptura. quia sequitur quod possit cessare in ecclesia ordo prelationis et distinctio graduum contra apostolum. imo quod decessere possit sacerdotum christi. sacramenta et alij ritus ecclesie. Consequentiam probat. quia qua ratione possit illa tota multitudo errare in vno articulo. pari ratione in omnibus pertinentibus ad sacerdotium et sacramenta. Quia non plus est confirmata respectu vnius quam respectu alterius. Ad ista

potest probabiliter dici. Ad primum negando antecedens. Et ad probationem dicitur quod illa auctoritas intelligenda est in illis iudicij sacerdotum leuiticorum in quibus non errant contra legem. sed si potuissent eos sic errare sicut possibile fuit. tunc ab eorum iudicio et sententia fuisset declinandum. Quare et.

Ad confirmationem licet supra tactum sit de materia argumenti. tamen adhuc potest dici dupliciter. Eno modo quia licet tota multitudo clericorum contra fidem erraret. tamen aliquis sacerdos remaneret habens potestatem ordinandi ligandi conficiendi et alia sacramenta conferendi. et sic remaneret in ecclesia. ordo prelationis. distinctio graduum. sacramenta. et alij ritus. Et licet forte non in actu. tamen in potentia propinqua. Alio modo dicunt aliqui. quod licet omnes clerici hereticarentur aut omnino nulli remanerent propter hoc ecclesia potestatem habendi predictas nequaquam amitteret. licet illa nunquam habere possit per humanam potestatem. sed per miraculosam dei operationem. quod scilicet diuersis modis possit de aliquibus laicis catholicis sacerdotes et episcopos ordinare et hoc sue ecclesie reuelare. In quo casu omnes catholici deberent taliter ordinatos a deo sicut veros episcopos et sacerdotes habere. Et licet temerarium esset asserere talem casum de facto aliquando euenturum. tamen esset etiam temerarium huiusmodi casum potestatem negare. quia hoc esset de futuris temere diuinare et contra articulum de dei omnipotentia impudenter impingere quod est absurdum. quare et.

T. Tertio loco probauit iste magister tertiam partem sui principalis antecedentis. scilicet quod romana ecclesia que distinguitur a tota congregatione fidelium sicut pars a toto. legi christi non potest diffiniri. Et quia multi diuersimode capiunt vocem ecclesiam. ideo ad presens vocat ecclesiam romanam illam penes quam residet auctoritatis totum iudicium

Questio

in his que fidei sunt totius vniuersalis ecclesie fm ordinem a christo instituti. Que scilicet complectitur papam & alios rite ad suum collegium pertinetes. Et vacante sede saluatur in illis solis in quibus est auctoritas consilij suo dicto modo. Et hec videtur esse intentio Hieronymi et aliorum doctorum quado tunc extollunt romanam ecclesiam vt in multis decretis apparet. Hoc supposito arguit sic. Romana ecclesia sic sumpta est pars vniuersalis ecclesie et tamen non potest difformari regule legis christi: quia ad eam sic difformari sequitur ecclesiam vniuersalem illi regule difformari. Quod probat. quia sicut christus ordinauit qd ecclesia vniuersalis non possit difformari sue legi. ita etiam ordinauit qd illa ecclesia particularis penes quas residet auctoritatie iudicium vniuersalis ecclesie non possit errare. cum ipsa sit a domino constituta tanquam caput vniuersalis ecclesie. vt patet ex suppositione et etiam in decretis. 12. distinctione. cap. sacrosancta. Sed deficientibus sensibus in capite: deficient et in membris. Quare. rē.

Confirmatur ex auctoritate supra allegata Deutero. 17. Vbi de summo sacerdote & alijs sacerdotibus leuitici generis apparet qd deus dedit eis in omnibus ambiguis auctoritatem iudicandi iudicij veritatem. ergo multo magis tempore noue legis rē. Sed quia supra ad hoc dictum est ideo de hoc transito causa breuitatis. Item inducit auctoritates discreti. Vna est Ambrosij. 24. questione. 1. capitulo. Aduocauit. Ex cuius verbis datur intelligi qd nemo potest esse de catholicis episcopis nisi eius romana ecclesia communicet. Alia est Hieronymi ibidem in capitulo. quoniam vetus. vbi loquens de romana ecclesia dicit. qd supra istam petram fundata est ecclesia. & quicunq; secum non colligit dispergit. Et in eadem sententiam ponit Lyprianus. 93. distinctione capiti. Qui cathedram. vbi dicit. Qui cathedram Petri super quam fundata

est ecclesia deserit in ecclesia se esse non confidat rē. Tertia est Hieronymi vbi supra in capitulo hec est fides dicentis qd sacra romana ecclesia semper immutata permanet. & in futuro permanebit et immobilis omni tempore persistit. Quarta est Augustini in libello contra epistolam fundamenti manuchet capitulo. 2. dicentis. Ego euangelio non crederem nisi me ecclesie catholice commoueret auctoritas. Sed hec auctoritas principaliter residet in illa ecclesia que est caput aliarum modo predicto. quare rē. Ad ista probabiliter & solus recitatie & non assertiue potest dici. Ad primum respondetur qd capiendū romanam ecclesiam modo predicto ipsa potest difformari legi christi. Hec ad hoc sequitur vniuersalem ecclesiam legi christi difformari. Et ad probationem dicitur qd ipse solus de ecclesia vniuersali & non de aliqua ecclesia particulari ordinauit qd nunquam difformabitur sue legi sicut in vespertis probauit. Et quando ultra arguitur. qd imo de illa ecclesia particulari apud quam residet auctoritatie iudicij vniuersalis ecclesie. & que est a christo constituta caput ipsius rē. Respondetur qd ipsa particularis ecclesia romana non est caput vniuersalis ecclesie nec apud eam residet auctoritas predicta nisi sub conditione. scilicet quod ipsa manet in fide recta. Nam licet ipsa in beato Petro recepit eam. tamen nihil videtur prohibere quin eam possit perdere sicut et ecclesia antiochena. Et ita tamen si ipsa fuerit infidelis aut heretica illi qui prius erant ecclesia romana desinerent esse caput ecclesie nec haberent talem primum apud aut auctoritatem predictam. nec propter hoc deficeret fides ecclesie vniuersalis. Et quando dicitur qd deficientibus sensibus in capite deficient et in membris rē. Responditur qd licet quantum ad multa sit similitudo inter corpus christi mysticum quod est ecclesia. et corpus materiale hominis. tamen non in omnibus est similitudo. Quia corpus hominis non manet viuum sine

De resumpta

capite. Corpus autem ecclesie manet viuum. scilicet vita fidei & gratie absque capite in terris vt pote dum caret summo pontifice. tamen tunc habet caput in celis. scilicet christus qui est caput ecclesie vt dicitur Eph. 1. Et quia romana ecclesia post papam sit ipsius ecclesie membrorum principale. & ratione ipsius possit dici caput eius. tamen sine ipsa possit esse ecclesia. Quare rē.

Ad auctoritates decreti specialiter ad tres primo inductas Respondetur qd sunt intelligende sub conditione supradicta. scilicet quod diuina romana ecclesia non errat contra fidem. Loquuntur etiam de facto & de illa ecclesia que erat tempore illorum sanctorum sed non loquuntur de possibili. Et ideo si in futurum contingeret qd romana ecclesia hereticaret sicut videtur possibile. nec oppositum est ex scriptura reuelatum. quare hoc dicere esset temerarius. tunc illud quod in dictis auctoritatibus affirmatur in illo casu non haberet locum. Et qd illa tertia auctoritas que est hodie rom. sit intelligenda sub predicta conditione patet ex eius modo loquendi. quia dicit qd domino prouidente & beato Petro operi ferente ipsa sic immutata permanebit. id est. si dominus prouideat. et beatus Petrus operi ferat. sic scilicet qd ipsa fides Petri et apostolorum teneat. Ad auctoritatem Augustini dictum est qd non loquitur de particulari ecclesia romana. sed de ecclesia vniuersali. Quod patet primo. quia ab surdum esset dicere qd auctoritati alicuius particularis ecclesie esset magis credendum quam euangelio. Secundo patet ex verbis Augustini quia loquitur ibi de ecclesia que succedit a tempore Petri vsq; ad tempus suum. et sic ipsa comprehendit Petrus et alios apostolos ac euangelistas et sanctos omnes a quibus in ecclesia susceptum est euangelium & publicata doctrina christi. & sic maior est illius ecclesie auctoritas quam eius gelij rē. Quando autem subinfertur et hec auctoritas vniuersalis ecclesie principaliter residet in illa ecclesia que

est caput aliarum. Patet ex iam dictis quid ad hoc sit respondendum. Et hec de quinta ratione principali.

Sexta ratio sua principalis fuit arguendo ex dictis meis sic. Ex scriptura sacra conuincitur qd semper sit aliqua vniuersalis ecclesia que christi legis regule nunquam difformetur. igitur idem conuincitur de aliqua particulari ecclesia. Antecedens est tertia conclusio tertij articuli vespertiarum mearum. Consequentiam probat. quia impossibile est saluari ecclesiam vniuersalem sine particulari. sicut impossibile est saluari totum integrale sine aliqua eius parte.

Et quia probauit conclusionem meam per hoc qd quod in scriptura attribuitur toti et nulli parti temerarij est hoc asserere de parte. Ex hoc ipse confirmat argumentum suum improbando meam conclusionem & simul soluendo rationem arguendo sic. Quicquid in scriptura attribuitur toti. sic qd non stat cum scriptura illud conuenire toti nisi conueniat alicui eius parti hoc temerarij est negare de parte. sed semper vsq; ad diem iudicij conformari legi christi attribuitur in scriptura toti ecclesie & non stat cum scriptura hoc conueniri toti ecclesie nisi conueniat alicui eius parti. vt ex priouibus est deductum. igitur. Ad istam rationem alias respondi negando primam consequentiam. Et ad probationem etiam negaui assumptum. Dicit enim qd impossibile est ecclesiam vniuersalem saluari sine ecclesia particulari. Patet clare quia per ecclesiam particularem non intelligo quamlibet partem integram ecclesie vniuersalis. sed aliquam congregationem fidelium partem talem que non est tota ecclesia vniuersalis. Si autem tota ecclesia vniuersalis saluaretur in vniuersis supposito patet qd nulla esset ecclesia particularis quia nulla esset congregatio fidelium que non esset tota ecclesia vniuersalis. quare rē. Et per idem patet qd confirmando rationem suam ipse truncate et sophistice tractat et soluit rationem seu probationem conclusionis mee. Unde

Questio de resumpta

quando ipse arguit. quicquid in scrip-
tura attribuitur toti etc. ¶ Dic
dico primo q̄ minor est falsa. quo ad pri-
mam partem propter hoc quod dicitur
ibi vsq; ad diez iudicij. quia semper vsq;
q̄ tunc nō durabit ecclesia militans de
qua loquor. vt pars ex dictis in solutio-
ne prime et secunde rationis. Secun-
do dico q̄ eadez minor est falsa quo ad
secundaz partem intelligendo per par-
tem ecclesie non quamlibet eius partē
integrale. sed aliquam ecclesiam par-
tialem seu particularem. vt statim vi-
dendum est. Tertio dico q̄ ista dicta sua
non vadunt ad intentionem mee con-
clusionis. sed solum ad quandaz sophi-
sticam vim sermonis modo fm philoso-
phum sermones sunt fm materiaz sub
lectam accipiendi. Et fm hyl. intelligē-
tia dictorum ex causis est assumenda vi-
cendi. Intentio autē mee conclusionis
sicut patuit ex dictis meis erat q̄ varia
quacunq; etiam particulari certe deno-
minationis que non sit toti congregati-
oni fidelium generalis. Verbi gratia ec-
clesia clericorum. ecclesia ytalicoꝝ. ec-
clesia gallicoꝝ etc. ex scriptura sacra
non conuincitur q̄ semper sit aliqua ra-
lis siue cōsimilis denominationis que
christi legis regule conformetur. Et cō-
tra hoc solum arguit quinta ratio sua
superius soluta. Et quia replicationes
sue facte cōtra hoc in prima sua lectio-
ne sunt solum sophisticæ et non theolo-
gicæ. ideo transeo de eis gratia breuita-
tis. Et hec dicta sunt de tertia conclusio-
ne et suis adiunctis et de tota istaque
sitione solum disputatiue et non asserti-
ue.

¶ finis.

Questiones Magistri Petri de Biliaco cardinalis Lame-
racensis super libros sententiarum. Ana cum laudibus theolo-
gie et quibusdā alijs questionibus de potestate ecclesie. in suis
versibus disputatis. post positis: non tamen pretermittendis
Explicunt. Impresse sūt arte et industria ingeniosissimi viri
Nicolai vvolff alemanni. Anno a natali xpiano. 1500. die vero. 8.
Augusti.

Earum quidem cartarum conexiones his characteribus
sunt signate videlicet. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x.
y. z. A. B. C. D. E. aa. et bb. pro tabula. omnes quaterne dēpta
E. que est triterna. et bb. que est quinterna.



